
HOMO NON

GALEOTTI



EXENTERATVS

Heus lector amice Galeotti Martii Narnieñsis HOMO lecturiēti tibi duobus libris exteriorib⁹ mēbris: iterioribusq̄ cōstabat iteger: Quo potuisses plenissime Microcosmos qd eēt cognoscer. Vez nescio qs Mediolanēsis Mātegati⁹ Calcograph⁹ displicinæ ātichristiāe (puto) memor adhuc: dū Arriū suū post defluxa itestina uiuere sentit: ipsius Galeotti HOMINEM exēterauit: tibiq̄ ipurgatissim⁹ uēditor uacuū apposuit. Nos uero Ambrosiāo purgati dogmate: īteranea .i. iteriorē hoiem: ne qd deesset: publice utilitati cōsulētes restituim⁹. GEORGII MERVLAE in de hoīe: libz: eruditū sane OPVSCVLVM: Rursus i GEORGII scripta GALEOTTI REFVTATIO ingēiosa: q̄ erudita meo iudicio magis: & argumētosa: piter ē addita. Sed hec oia q̄ emēdatiora priorib⁹ exeāt: nō cæcutiēs lector aspiciet. Illđ saltē nō negatū iri spam⁹ nobis đberi: qđ index tā accurat⁹ & multiplex: uñ legētib⁹ labor adimet plurim⁹: desiderātib⁹: nr̄a opa succurret. At đmū quū hæc oia facetè dictata suspiceris: ut hac subtili calliditate tuo de Marsupio argētum extorqueatur: id nos nō ibimus inficias: si tu tuo damno: meo incōmodo impensis parcendo: nr̄as nō eluseris: quas sic nominasti: tendiculas. VALE.

Taurini. 1517.

GALEOTTI. MARTII: NARNIENSIS: AD. R. D. ARCHIEPI/ SCOPVM. Strigonienſem. In. Librum. De. Homine. Epiſtola.

Ioānes archiepiſcopus

QVum opus de hoie his dieb⁹ ꝓxime elapſis abſolutū. R. P. diligenter inquirerē cui nā eſſet dono tradendum: nemo mihi laboribus nr̄is dignior uiſus eſt: quā tu Ioannes Archiepiſcope Strigonieſis. Q uis. n. huius libri: q duobus uoluminib⁹ cōcluditur: magis idoneus poſſeſſor habebitur: cum de homie inſcribatur: quā is q eſt omnium clariſſim⁹? adeo ut iure ac merito homo per excellentiam nominandus ſit: quod uni dumtaxat tibi ætate nr̄a cōuenit. Nam cum totum fere orbem animo pluſtrarim: nemo ꝑfecto eſt quē tecum cōferre poſſimus. In te. n. tot tantaqꝫ uirtutis ornamēta cōſpicim⁹: ut non modo uirum unum: ſed totum fere gen⁹ humanum ſimul cōgeſta decocarēt. Nec i præſentiarū de dignitate corpis: qua cæteros mortales uel æquas uel antecellis: ſed de animo hoc eſt ipſo homine loquor. Tu. n. iuris pōtificii cōſultiſſimus theologiæ pitus: Philoſophiæ princeps: totiuſqꝫ matheſeos pater: oratoriæ ac poeticæ alumnus ea documenta doctrinæ & igenii tui iam dudum dediſti: ut plures (ita nunc loquar) in te animas. hoc eſt ueros homines eſſe cernamus. Non. n. tā propenſa beniuolentia in uiros pitos eſſes: niſi iudicio ai tui honore dignos eſſe cognoſceres: unde fit ut doctiſſimis uiris recte conſultum iudicemus. Ipſi enim iudicium tuum: quod acutiſſimum eſſe intelligunt reformidantes: nihil ad te afferunt: niſi ſumma induſtria excultum: & acri diligētia elimatum. Nam ineptiarum: quibus noſtra tempora redundarunt: cauſam in imperitos principes reiiciunt: qui cum doctos pariter & indoctos uno ordine habuerint: effecerunt: ut pauci ueræ doctrinæ eſſent amatores. ex qua quidem re factum eſt ut homines non tam uirtutis quam munerum fuerint ſectatores. Sed tibi reuerende pater ſtudioſi ob munificentiā debent multum. Cum uero iudicii tui ſtimulo ad ſtudium litterarum: ueràqꝫ doctrinam: maioréqꝫ induſtriam impellantur: ut ſeſe tibi perquam maxime obnoxios fateantur neceſſarium eſt. Maiora enim iudicii tui acumen: quam munificentiæ uis ipſa contribuit. Illud enim doctos accuratoſqꝫ reddit: hæc opulentos. ſed hæc non æque precioſa eſſe manifeſtat Horatius: Vilius argentum eſt auro: uirtutib⁹ aurum. Sed cum tibi reuerende pater diuitiarum copiam fortuna tribuerit: & litterarum principatum parauerit induſtria: reipublicæ adminiſtratiōem optima de te opinio: plurimarum rerum uſus: & temporum cōditio attulerint: ita uixiſti: ut diuitias ad liberalitatem: doctrinam ad exemplum: reipublicæ gubernacula ad cōmunem uſum emolumentumqꝫ direxeris. adeo ut paupes ditaueris: imperitos erudiueris: remqꝫ publicam fluctuātem ita firmaueris: ut mole ſua iam ſtare: nec inimicorum iniuriam: nec hoſtium minas curare uideatur. His igitur cauſis moti librum hunc noſtrum mittimus expectantes iudicium tuum. quod ſi in rem noſtram candidum fuerit: ſublimi feriam ſidera uertice: reddarqꝫ ad alia quoqꝫ ſcribenda alacrior. De his hactenus. nunc ipſum hominem uideamus: in quo nobis ordo erit ut exteriora prius. deinde interiora narrentur & a capite (ut par eſt) exordium ſumitur.

GALEOTTI.MARCII.NARNIENSIS DE HOMINE LIBER INCHOAT PRIMVS.

CApot dicit totum illud quod collo sub- stentatur: cuius sumitas quia ad occipi- tium in decliue uertitur nuncupatur uertex. Iuuēalis. Tot res impositas ca/ piti: quas recto uertice portat. Habet etiam pro alterius rei altitudine. Virgi- lius.i.æneidos. Sic uertice cæli consti/ tit: cum alias pro polo in georgicis. ut: Hic uertex nobis semper sublimis. Ca- pitis anterior pars Sinciput: Iuuenalis. Comedam ego flebile nati sinciput elixi. quousq; tendat generaliquadā diuisiōe declarat Per- sius: mihi festa luce coquat urtica & fissa fumosum sinciput aure. Posterior uero occiput & occipitium dicūtur. Persius: Occipiti cæ- co posticæ occurite sannæ. Plautus in aulularia. quæ in occipitio quoq; habet oculos pessima. sed sinciput: uertex: occiput: ut pluri/ mum capillo teguntur. Caput autem dictum est uel quia sensus ca- piat: uel (ut Varroni placet) quia ab eo sensus initium capiant. Os capitis ubi capillus esse consueuit: Calua nominatur: Martialis. iii. psilotro faciemq; lauas & dropace caluam. ab hac caluitium ē. Suetonius in primo. Caluitii uero deformitatem iniquissime fere/ bat: sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. ideo & deficiē/ tem capillum reuocare a uertice consueuerat. Descendit etiam a calua caluesco uerbum. L. columella. vii. potior tamen ē ratio custo- diendi ne nascatur: ne ue in colla caluescant. Caluaria toti9 faciei tam hominum quā brutorum os nudum & sine carne significat. Rutilius paladi9 in libro generali. æque caluaria sed non Virginis intra ortum ponēda est: uel potius asinæ. Creduntur enim sua præ- sentia fœcundare quæ spectant. Et in euangelio legitur. ductus ē in golgatha: quod est caluariæ locus: ibi enim multa supplicio affe/ ctorum capita conspiciebantur. Caput iusiurandum græcorum. Iuuenalis: nondum græcis iurare paratis per caput alteri9. Caput nudabant antiqui ob reuerentiam ostendentes nudata principalio- ri parte: tanquam inermes sese maioribus dedere. Nūc uero & nu- damus & caput submittim9: ac si illis nos inferiores putaremus. qđ gestu corporis indicantes de animo intelligimus. Capitis tegmēta

Caput
Vertex
Sinciput
Occiput & Occipitium
Caput ūde dictum
Calua
Caluesco
Caluitium
Caluaria
Caluariæ lo- cus
Iusiurādum græcorum
Capitis teg- menta
Capitis nudāo

(caput tamē nunc appello id quod capillo tegitur) alia muliebria: alia uero uirilia: alia cōmunia. pileum: cassis: galea uirorum. caliendrum: uitta: mitra mulierum: aut mollium uirorum: aut puerorū. sicut clare ostendimus in inuectiua contra philelphum. huius partis morbi plurimi: sed omnes referre graue est: quosdam tamen nō omittendos arbitror. Caput ꝑcipue infestat. s. psora. nam & alioꝶ membrorum est. Est autē psora cutis asperitas squamosa a scabie differēs. Plini⁹. xx. naturalis historiæ. Scabiem: prurigenē: psoras. Est quoqꝫ huius & aliorum membrorum porrigo: sic dicta quasi porago. porcos enim afficit. Est autem porrigo minutus furfur: Horatius. ii. sermonum: Vngere si caules oleo meliore: caputqꝫ cœperis impexa fœdum porrigine. Caput totum subiacet arieti signo. M. manilius. ii. astronomicon: Aries capite est ante omnia priceps sortitus. Caput ubi compressius est a dextra & sinistra habet tempora: sic appellata qa tempus & anni in eis dignoscunt̄. Virgilius: v. æneidos: Dū melior uires sanguis dabat: æmula nec dū. Tēporib⁹ geminis canebat sparsa senectus. Tempora enim primo canescūt: cauanturqꝫ magna diuturnitate temporis ut in equo apparet. L. columella. vii. decimo tamen anno tempora cauari incipiunt. Supcilia nōnunquam canescere & dentes prominere. Caua ideo a plerisqꝫ dicuntur tempora ex eo ꝙ quem circū sistunt temporib⁹ sunt eminentiora quę ad aures usqꝫ se extendunt. Virgilius. vi. Populataqꝫ tēpora raptis aurib⁹. & trūcas inhonesto uulnere nares. Sed a capite capitat⁹ ē. L. columella. vii. alii capitatas uineas alii brachiatas magis ꝓbant. Capitis diminutiuū capitulum ut ī Terētio legimus. o lepidum capitulum. Hinc capitula parua quædā rerum initia in libris nuncupamus: & capitulat⁹ a capitulo deriuari res ipsa indicat: Plinius. xvi. naturalis historiæ: solebat capitulat⁹ utrinqꝫ eduro surculus seri: a. capillo quo capitis superiorem partem tegi diximus: Capillatus: Vnde in illo egregio opusculo quod omnibus fere notum est: cum de illa dea q̄ ab antiquis occasio dicit̄ cuius frōs crinita est: occiput uero caluum: ut Ausonius Gallus elegantissime describit: sic legitur: Fronte capillata post hæc occasio calua: & lothon illam uetustam romæ capillatam dixerunt: quare ad eā capillus uestalium uirginum ferebatur. Capillus quo caput tegitur multa sortitus nomina. Nam cirrus uocatur: Persius: ten. cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pēdas. Ouidius. cirris & adēpto nomen est adepta capillo. & cirrinam Virgilius sub hoc nomie

Caput infestantia
Psora
Porrigo
Caput subiacet arieti.
Tempora
Tempora caua
Capitatus
Capitulum
Capitulatus.
Capillatus
Occasio.
Capill⁹ multa sortitur nomina
Cirrus

dedit: quia de filia nisi mentionem facit. Est autē cirrus plusculi capilli coadunati in modum caudæ pendētes. Vnde cirres ostrea quædam capillata dicta sunt: Nam multa huiusmodi in mari reperiuntur. & Pli. cum de conchis meminit. Iā dictinctiōe. ungulata crinita crispa. Martialis. teq́ʒ iuuant cirres & pelle malandria cana. de pisce utrunq́ʒ dicitur. q̄ autem ostreorum capillamenta dicātur cirri: ostendit idem Martialis libro. vii. & ostreorum rapere liuidos cirros. Cincinus dicuntur etiam plusculi capilli intorti quos Martialis annulos uocauit. ii. epigrammaton. Vnus de toto peccauerat orbe comarum ānulus. Plautus in truculento: Iam ego istos fictos, cōpositos crispos cincinos tuos unguentatos usq́ʒ ex cerebro expellā. Hieronimus in Ezechiele, & emissa similitudo manus appræhendit me in cincinno capitis mei. Frons a foratu oculorum ut ait Varro dicta: a dextra & sinistra temporibꝰ a superiori capillorum radice ab inferiori uero parte superciliis terminata: corrugatur in tristiciam: & i læticiam dilatatur. & pudorem significat. Persius exclamet melicerta perisse frontem de rebus. & ob hanc causam frontē genio prisci consecrarunt. Frons quoq́ʒ de aliis dicitur. Virgilius Fronte subaduersa scopulis pendentibus antrum. Is cui frons eminentior est ita ut a dextra sinistraq́ʒ recisa uideatur, Cilo sine aspiratione uocatur ut ait Festus. In medio fere frontis uena quædam recta: quam percuti ut sanguis effluat in delirio medici iubent. Nam si phreneticus sanguinis diminutione indiget: periculosum est bra chium manumue incidere ne delirans ille uene ligamētum turbet ac itercidat sibiq́ʒ ipsi mortis causam afferat. Ideo Iuuenalis ut omnino insanum ostenderet & furiosum dicit: O medici mediam pertundite uenam. Huius frōtis & in homine pronostica sunt: ut tradunt phisiologi. & presertim trogꝰ: quem allegat Plinius. Is. n. ait. frons ubi est magna. segnem animum subesse significat: quibꝰ parua nobilem: quibꝰ rotunda iracundum: uelut hoc uestigio tumoris apparente. Infra frontem sunt supercilia sic uocata quoniam cilio superposita sunt. Piniꝰ. xi. naturalis historiæ: extremum genæ superioris antiqui cilium uocauere unde & supercilium. Sed quoniam his annuimus: his negamus: mobilia enim sunt: partemq́ʒ animi nostri indicant: ideo supercilium interdum fastum ac superbiā: plerunq́ʒ grauitatem insinuat. Virgilius in priapæis. Conueniens latio pone supercilium. i. grauitatem. Iuuenalis: Si cum magnis

Cirres | Cincinus | Annuli cirri | Frons | Frons pudorem sīat. | Frons genio consecrata. | Cilo | Vena in medio fere frōtis apienda phrenet. | Pro iuuen: | Frontis pronostica | Supercilia | Cilium

uirtutibus affers grande ſupercilium & numeras in dote triumphos pro faſtu & ſuperbia. quamobrem etiam pro eminētiori loco ponitur. Virgilius in georgicis Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam elicit. Hieronimus in libro numeri: Illo mortuo in montis Supercilio deſcendit Moyſes cum eleazaro. Sed qui prominentibus

Sillones

ſuperciliis ſunt ſilones dici putat nonius a ſilleno. Is enim hirſutis

Pronoſtica

ſuperciliis fuiſſe traditur. & in his quoq; mores hominum depræhenderunt phiſiologi. Nam ſupcilia quibus porriguntur ī rectum molles: quibus iuxta naſum flexa ſunt auſteros: quibus iuxta tempora inflexa deriſores: quibus in totum demiſſa maliuolos & inuidos ſignificant. Sed ſupercilia in tutela Iunonis eſſe dixerunt ueteres: Nam his oculi proteguntur per quos luce fruimur quam Iuno

Lucina

tribuit: unde & lucina dicta ē. Interſtitium ſupercilia ſupra naſum

Glabra ſiue glabella

diſterminans quare ſine pilis ut plurimum eſſe conſueuit glabra ſiue glabella nominatur: Martianus Capella in primo. quarum una

Glaber

deoſculata phiſologie frōtem illic ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas. Glaber. n. ſine pilis dicit̄: Vnde facetiarum ſuarum memor Plautus ī aulularia dixit. Tu iſtum gallum ſi ſapis glabrionem reddes mihi. gallus gētem & pullum ſignificat. & glabrionum familia romæ erat. Vnde Accilius glabrio uir romanus fuit. Hic ſermo uidebatur inſinuare ut ex gallo romanum faceret: cum

Naſi initiū

diceret ut depilaret pullum: glabrūq; redderet. A glabella initium ſumit naſus. ibiq; ſummum naſi eſt ubi uero dilatatior in nares ſe fundit imum naſi dixerunt ueteres. Suetonius. ii. de duodecim cæſarib⁹: cum de auguſto loquitur. mediocres aures naſum a ſummo eminentiorem ab imo deductiorem. Sed naſus pro ſigno uituperationis ponitur. Nam ita plinius in prœhemio naturalis hiſtoriæ: q̄ ſi hoc Lucillius: qui primus condidit ſtili naſum legerit. quaſi abuſionem & uituperationem reputabit. primus enim ſatiricum carmen conſcripſit: in quo utiq; uituperatio uniuſcuiuſq; cōtinetur. naſum autem dixit quaſi uituperationis ſignum: hactenus Plini⁹:

Naſus quid repræſentet

quod profecto nō mirum eſt. Naſus enim ſagacem ſapientiā recte repræſentat: ſumpta tranſlatiōe ab animalibus: nam canes & uultures olfactu inquirunt. & quædam animātes ſola odoratiōe ſuos ab alienis diſcernunt. Sapiens igitur & cautus eſt: qui odoratu abſtruſa quoq; intelligit. Martialis. non cuicunq; datum eſt habere naſum. hoc eſt ſagacem intelligētiam. Horatius primo ſermonum.

ut pleriq; solent naso suspendis adunco ignotos ut me libertino patre natum. Nares sunt nasi latiores partes ubi respirandi foramina uidentur. Virgilius in georgicis. Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem. hæ quasi pariete quodam separantur. dicunturq; nares quia per eas sæpe spiritus nat: & mobiles ad dextram sinistramue sunt. nam digitis quouis flectuntur aduncantur crispanturue risu. Persius. Ingeminat tremulos naso crispāte cachinos. His truncatis quanta deformitate deturpetur facies audiatur Virgilius qui dixit. & truncas inhonesto uulnere nares. A naso denasare uerbum & nasutus adiectiuum descendunt. Plautus in captiuis: namq; edepol si habites propius os denasabit tibi mordicus. Horatius primo sermonum. Sit nasuta breuis. Martialis. Nasutus sis usq; licet sis deniq; nasus. Nasi pronostica ut aiunt phisiologi sunt. si a summo non clementer ad imum deducatur: sed ita flectatur ut quasi rostrum uideatur accipitris: rapacem auarumq; demonstrat. quibus uero narium anguli carnosi sunt hos malitiosos ueterum argumenta declarant. a naso defluit muccus & pituita. Catullus. Muccus & mala pituita nasi. est enim muccus crassior pituita. obturatur aliquando nasus humore: hunc morbum græci coriziam: ut ait Cornelius Celsus: nos grauedinem uocam⁹. a grauedine in hac significatione cornelii grauedinosus formatur. Cice. iiii. tusculanarum. ut sunt alii ad alios morbos procliuiores: ita quę dicimus grauedinosos quosdam: quosdam torminosos. non quia iam sint sed quia sæpe sint ita. Catullus Sentire cesso q̄ grauedinem & tussim. & polipus nasi morbus est. In naribus enim caro corrupta radices agit plurimas. quæ tāquam pedes sunt: & hinc nomen accepit. Nam ut polipus piscis est. quem quidam latine remoram uocant. Horatius. primo sermonum. Turpia decipient cæcum uitia: aut etiam ipsa hæc delectant: ueluti balbinum polipus agnæ. a polipo poliposus: Martialis. nasutū uolo: nolo poliposum. Sed qui sine naribus nascuntur habentes tantummodo foramina pro naribus hossimos & simões cognominauit latinitas. ut ait Plinius. xi. naturalis historie. Pili uero q i naribus sunt Vipressi ideo dicuntur: quia cum euelluntur uibratur caput: ut ait Pompeius festus. Cilium diximus extremum genæ superioris uocari:

Nares

Denasare

Nasutus

Pronostica

Muccus

Corizia

Grauedo

Vipressi

Cilium

DE. GENIS.

Cilium

GEna uero eſt quicquid inter barbã: ideſt eam partẽ quæ in facie pilo ueſtitur: & cilium eſt. Nã quæ oculos tegunt genæ appellant̃. Quint. de cæco. Illa ꝑpetua nocte clauſæ genæ non cuſtodierunt. Pli. xi. Oĩa inſecta nõ habẽt genas. nec integunt oculos. eſt gena inferior quæ ab inferiori: & ſupior quæ a ſupiori pte oculos claudit. Gena uſqꝫ ad malas ſe

Gena
Male

extendit: imo ipſe malæ ab antiqs genæ uocabant̃: huius rei teſtis eſt Pli. xi. naturalis hiſtoriæ. his uerbis. Malæ homini tãtum quas priſci genas uocabant. xii. tabulaꝝ interdicto radi eas in fœminis uetãtes: pudoris hæc ſedes: ubi maxime oſtenditur rubor. Apuleiꝰ in magia: purpuris infectas genas & oculos illices. Silius in prĩo. & lumina retro exeſis fugere genis. Genæ pilos habent ĩ modum ual li: quos a palpitãdo palpebras nuncuparunt. Lucretiꝰ. iiii. brachia:

Palpebræ

palpebræqꝫ cadunt: poplitesqꝫ cubanti. & in his hominum mores phiſiologi depræhenderunt. Nam cum ſæpe palpitãt timidum oſtẽ

Pronoſtica

dunt. cum uero nõ cõniuent: audaciã indicãt maximã. Genæ ſæpe intumeſcunt defluente humore ſuperuacuo ad oculos. Is morbus epiphora oculorum dicitur. nam & alioꝝ mẽbroꝝ epiphora ẽ. apd̃

Epiphora

plinium: piphoris oculoꝝ illinit̃: ſermo frequẽs ẽ. & . L. columella epiphorã ſupprimit polenta cõſperſa mulſa aqua: & in ſupercilia genaſqꝫ impoſita. Sed de aliis quoqꝫ membris dici Pli. demonſtrat his uerbis. teſtium uero epiphoris cum ramis lauræ teneræ adeo pe culiaris eſt. Intra genas continent̃ oculi: ab oculendo nominati. la

Oculi
Pupula

tent enim ſub ciliis & genis quorum orbes diuerſi coloris habent pupillã. Virgil. in culice. Naturæ pupula tælo icta leui: cuius dimi/ nutiuum pupilla illud ſignificat quo intuemur. Vnde in ſacris legi

Pupilla
Qui duarũ pupillarum

tur. & pupillæ oculoꝝ eius nõ uidebunt lucẽ. Sed q duaꝝ pupillaꝝ fuerunt eos oĩa oculis effaſcinaſſe refert Plinius. Illud quoqꝫ non ẽ omittẽdum in pupula dumtaxat uim eſſe cernendi Lucretius. iii. Vt lacerato oculo circum ſi pupula manſit incolumis ſtat cernendi innata poteſtas oĩmodo: nec totum corrumpas luminis orbẽ: & cir cuncidas aciẽ: ſolãqꝫ relinquas. Oculoꝝ uitia & morbi plurimi. ſed

in animo est aliquot referre nõ omnes. Nam strabones hi appellantur: quorum oculi deprauati sunt. & hinc familia strabonum romæ fuit. pæti cognominãtur: quorum oculi celeres huc atque illuc uertuntur per transuersumque inspiciunt. quod ad decorem non ad deformitatem spectare uidetur. Virgilius in priapæis: Minerua flauo lumine: uenus peto. Horatius primo sermonum. Si quod sit uitium non fastidire: strabonem appellat petum pater: & pullum male paruus si cui filius est. & hinc quoque pætorum familia cognomen sumpsit. Cesii autẽ oculi quasi celii idest cyanei coloris a ueteribus dicti sunt: & hi quoque flaui appellantur. quales mineruæ fuisse dixit poeta in priapæis. Coclites uocauit antiqtas eos q altero lumine orbi nascuntur. Vnde & familia coclitum. Cuius rei non ignarus plautus sui leporis memor in curculione. Vnocule salue. Curculio autẽ seruus liconi respondit. quæso derrides ne me: Iniuria enim uidebatur exprobatio effossi luminis: quod animaduertẽs lico hominẽ placauit. Inquit enim de coclitum ꝓsapia te esse arbitror: Nam sic sunt unoculi. Lusciosos Nonius uocat qui ad lucernam nõ uidẽt. Myopes uero qui minutius cernunt græce dicuntur. Luscio uero eorum est uitium qui clarius uesperi quam meridie cernunt. ut ait festus. Luscus & hebetioris uisus & desioculus uocitatur: Iuuenalis: cum getula ducem portaret bellua luscum. Martialis. x. hic desioculus. & hinc lippus. Ab oculo oculeus: oculat⁹. & oculo. as. uerbum nascitur. Nam ab ocello ocellatus est. Plautus. In pseudulo: cæca hercle oliuum id uendito oculata die. Idẽ in aulularia. quos si argus seruet qui oculeus totus fuit. Tertulian⁹ in apologetico. Sed quia iam expolitos & ipsa urbanitate deceptos in agnitionem ueritatis ocularet. & in Suetonio ĩ uita augusti ocellatas nuces pro multis foraminibus distinctas legimus. Anguli oculorum de quibus Iuuenalis: Si prurit frictus ocelli angulus: alio uocabulo: Irqui siue irculi a Suetonio de uitiis corporis (ut ait Serui⁹) dicti sunt. ad quod illud Virgilii dictum uidetur: transuersa tuentibus irquis. Solet enim ut idem ait libido oculos uariare. Iuuenalis: Oculosque in fine trementes. qđ Seruii ac Suetonii dictum cõfirmat festi auctoritas. qui irquitallos pueros dici ait. qui prio uirilitatem suam experiuntur. Concauitas genarum ubi lachrimarum conceptacula sunt ob quandam similitudinem sin⁹ dicuntur. Virgilius. iiii. Sic effata sinum lachrymis impleuit obortis. Sed cum de uitiis supra diximus. nunc ad morbos oculorum transeamus. Lippitudo est humor

Strabones
Pæti
Pætorum familia
Cesii oculi
Flaui
Coclites
Lusciosi
Myopes
Luscio
Luscus
Desioculus
Oculeus
Oculatus
Ocellatus
Locus Suetonii
Irqui
Irculi
Irquitali
Sinus oculorum
Lippitudo

collectus quasi quædam sanies. nam & hæc quoq; mouet homini ĩspiciẽti fastidiũ. Mar. Hinc istat tibi textor: hinc fullo: hinc sutor modo pelle basiata: hinc mẽti domin⁹ pediculosi hinc desiocul⁹: & inde lippus fellatorq; recensq; cunnilingus: Lippitudinem inter fastidia maxima locauit: Est enim lippitudo occulorum morbus: Cornelius celsus: Si frons prurit lipitudinis metus ẽ. A lippo: hoc est qui hoc laborat morbo: Iuuenalis quem pater ardentis massæ fuliginæ lippus: Lippio uerbum oritur. Nam sicut lipporum oculi humore glutinoso uix apiuntur: sic lippire dicuntur quæ impediũtur humore tenaci. Plautus in curculione. Os amarum habeo: dẽtes plenos: lippiunt fauces fame: ac si dicere uellet, in faucibus pituitam esse lippitudini nõ dissimilem. Est etiam oculi malum glaucoma: tunc enim oculi liuidi: ac plumbei coloris apparent: quod curatu difficillimum est. licet Serenus dicat. si uero horrẽdum ducẽt glaucomata plumbum: Spiritus alterius prodest qui grana cimini pallentis mandens uisus exhalat in ipsos. Aegilops morb⁹ oculi in angulo iuxta nasum ex quo sanies emanat. Plinius. xx. naturalis historiæ: nepita uires contra serpentes habet: ex ea. n. odorem fugiunt: quam & substernere in metu obdormituris utile ẽ: tunsa egilopis imponitur & capitis doloribus. Pteregium a nonnullis iunioribus dicitur ungula oculi ob quandã similitudinem. nam est membrana quædam crassa atq; neruosa albo ruboq; distincta. ex altero oculorum angulo orta ad pupillam pergens licet pteregium etiã de aliis dicatur. Nam caro superuacua ungues digitosq; crescendo operiens hoc nomine appellat. Pli. xxxiiii. naturalis historiæ. Cathiniæ effectus siccare sanare sistere fluitiones pteregia & sordes oculorum purgare. Idem. xxiii. Illinitur eadẽ cum fico & pteregiis digitorũ ex uino. hec in oculi supficie. Sed albugo ẽ subtercutane⁹ morbus ad similitudinẽ nubeculæ. sunt etiam & cicatrices quasi signa quædam ĩ oculis subtercutanea: quorum meminit Pli. xxxiiii. naturalis historiæ. æs ipm ad omnia eadem uritur: præterq̃ ad albugines oculorum & cicatrices. Sed oculorum pronostica longum esset referre: nam cum fenestræ sint animorum. quid eorum color. quid uero frequens motus. quid item acrimonia indicent nemo se re ignorat. Vnum tamen nõ reticẽdum est: eos maleficos esse: pessimisq; moribus quibus oculi sunt longi. Si candida pars oculi extenta est aperiturq; tota: impudentiam: cum autem operitur nec omnino ostenditur: inconstantiam indicat: de oculis hucusq;.

Lippitudinis metus

Lippio

Pituita

Glaucoma

Aegilops.

Pteregium

Albugo

Oculos fenestras animorum esse

Oculorum pronostica

DE. MALIS.

Malæ

MAlæ ſecunt̛ genas: quas homini tãtum tribuit Pli. licet poeta Virgi. in .iii. georgicoꝝ de eqno genere dixerit. Quo tẽ/pore glauci potniadæ malis mẽbra ab/ſumpſere quadrigæ. Malas malũ ſicut genas genu ob curuaturã ſimilẽ nomiarunt: rotundiores enim ſunt. nã malus

Malus

prĩa ꝓducta uoce adiectiuum apparet. Malus enim nauis arbor maſculino genere Lucreti⁹. ii. Antẽnas: ꝓram: malos: tonaſaſq; natãtes. Mala in facie pars rotundior ac eminentior (de ſolidis loquor) fæminini eſt generis: malum uero neutri ſpecies pomi ẽ adiectiuum. ergo hoc in tribus uocibus tria ſignificat diuerſa: quæ tamẽ rotunditate cõgruere cognoſcim⁹. a mala maxilla ẽ diminutiuum uoce nõ ſignifi

Maxilla

catiõe: nõ. n. ſic uocat̛: qa ſit mala parua: ſed qa ĩfra malã locatur. Perſius. Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas Inguinibus: quare detonſus gurgulio extat. Nam maxillæ barbeſcunt: & has

Bucce

uocamus buccas. Buccæ. n. ſunt ea oĩa quæ poſſunt ĩ facie ſpiritu inflari: nã eouſq; ſe extendunt quoad inflat ſpirit⁹. & barba ueſtit. Hora. primo ſermõum. Quid cauſæ merito qn illis Iupiter ambas iratus buccas inflet. Iuuenalis de cornicinibus loquens: quondã hi cornicines & municipalis harenæ perpetui comites: notæq; p oppidã buccæ: muneta nunc edunt. Cornicines autẽ & tubicines ſola

Cornicines

Tubicines

tubæ forma differunt: qñ qdẽ tuba recto ære: cornu uero flexo cõ/ficiuntur. Ouidius primo methamorphoſeos: nõ tuba directi: non æris cornua flexi. Buccas ãt eoꝝ notas dixit p oppida: qa eas inflabãt. Idẽ. & bucca foculum excitat. Plaut⁹ in truculento. quæ iſtas buccas tã belle purpuriſatas habes. A bucca buccula gen⁹ armatur̃

Bucce

buccas tegentis: Iuuenalis de caſſide buccula pendẽs. caſſis caput: buccula uero barbatas partes armabat. Vñ in hiſtoriis. & maxime in comentariis cæſaris buccatum tegmen legimus erat. n. buccula caſſidis ſupplementum. Buccula cuius maſculinum bucculus alte

Buccula

ri⁹ ſignificatiõis. L. columella. vii. Deinde bucculos cõpræhẽderis

Buculus

pducito ad ſtabulum & ad ſtipites religato. Virg. iiii. georgicon. aut errãs buccula campo decuciat rorem. bucculam ac bucculum paruos boues dictos: quia ab ipſis palearia tanquã bucculæ pendent p ſuaderet ratio: niſi alia quoq; monoſyllaba i us termĩata huiuſmo/

di diminutiuis uterentur. nam sus succulum: & mus musculum facit: buccam pro ore poni frequens sermo indicat: in buccam uenit: in buccam cadit. ab hac significatione buccea & buccella quæ tantum escæ signant quantum commode ore capitur. Diuus Augustus in epistola ad tiberium: ne iudeus quidem mi tiberi tam diligenter sabbatis ieiunium seruat: quam ego hodie seruaui: qui i balneo domum post horā primam noctis duas bucceas manducaui: priusquā ungi inciperē. & in psalmis misit cristallum suam sicut bucellas ante faciē frigoris eius quis sustinebit? bucca bucco & bucculentꝰ: buccones qui tumidoribus sunt buccis ex ipsa phisionomia pingui minerua .i. crasso ingenio sunt. Plautꝰ in bacchidibꝰ: Stulti stolidi futuri fungi bardi blemni: buccones solus ego omnes anteo stulticia. bucculentum ponit idem plautus in mercatorē: Ego dicā tibi canum uaꝗ uētriosum bucculētum. Os oris foramen buccaꝗ: Iuuenalis: nec habet quē porrigat ore triētē: sed huius est lata significatio: nā tota hominis facies os dicit᷑. Ouidiꝰ: Pronaqꝫ cum spectent aialia cætera terrā. Os homini sublime dedit: celumqꝫ uiderē iussit. Nā pro psona tanquā nouum & licenter dictum putat macrobius: oraqꝫ corticibus sumunt horrēda cauatis: quod in georgicis est. in ore & mores hominum nosci testātur phisiologi. Nam sparsum nimis uoracem ac loquacē ostendit. Os osculum facit quod duo significat: est eni osculum os puum. Ouidiꝰ primo methamorphoseos: uidet oscula: quæ non est uidisse satis. & huiꝰ quoqꝫ diminutiuum apud idoneos extat. Virgilius i georgicis. oscilla ex alta suspēdunt mollia pinu. L. columella. ii. Reliquum quod seminis superest in tabulatum: quo fumus prouenit optime reponas: quoniam si humor inuasit uermes gignit: qui simul ac oscilla lupinorum a dederint: reliqua pars enasci nō potest. Sed cum osculum basium significat: ratione parui oris est: non enim basium dare possumus nisi ex ore fiat osculum: nam quæ sparsa sunt i ore stringuntur exporriguntur qꝫ in osculum. hinc notum illud uerbum osculor. ea pars quæ i homine riednte lineis qbusdā termiat᷑ rictus nuncupat᷑: Iuuenalis. Ipse ad conspectum cænæ deducere rictum suetꝰ. Martialis. iii. cum cōpata rictibus tuis ora niliacus habeat crocodillus angusta: de quo Lactantius. sic oris quoqꝫ species & rictus ex trāsuerso patefactus quam utilis quam decens sit enarrari non potest: & hic sicut cætera fere omnia cum belluis cōmunis est: ab hoc. n. Ringor uerbum: quod a latraturis canibus sumpta translatione dicit᷑: ut ait donatꝰ.

Buccea
Bucella
Buccones
Phisionomia
Bucculentꝰ
Os oris
Phisionomia
Osculum
Oscilla
Rictus
Ringor

Terentius in phormione: cum tibi sit quod placet ille ringitur tu rides. Est autem ringi initium iræ ac stomachi dare: quod recte a rictu sumit exordium: quoniam rict9 notas habet passionum plurimas. nam in eo labia sunt duo: inferius & superius: quæ pro ut animus affectus est comprimuntur sæpe: nonnunquam compescuntur. Iuuenalis: digito compesce labellum: interdum exporriguntur. Persius: Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. & hæc omnia in ipso rictu creantur. Sed a labris siue labiis (utrunq; enim apud idoneos reperitur) dicta sunt cognomina labeonum teste Plinio: & nō a labe: ut ait Priscianus: repugnat enī quantitas. Persius: nec troiades labeonem prætulerint: & labes prima enunciatur producta. Virgilius. ii. hinc mihi prima mali labes. Labrum uas magnum dicitur. Plinius iunior ī epistolis. marmoreo labro aqua exundabat. & in labris quoq; phisionomia est. nam quibus crassa ac inuersa labia sunt ganeones putauit antiquitas. Valleculam superioris labri per similitudinem lacunam uocat Lactantius: A radice inferioris labii mentum sumit initium: quod licet homini tātum tribuat Plinius. tamē apud Plautum legimus in menechmis: glandionicam: suillam: lardum: pernam itidem: aut sinciput: aut menta porcina. ab hoc mentagra morbus dicitur: de quo inferius late dicemus. ea autem quæ sub mēto sunt: non habent peculiare uocabulum: nisi Buccula quoq; a similitudine dicatur. Suetonius. vii. de Galba: cōstat augustum puer℞ adhuc salutāti se appræhēsa buccula dixisse: Sed tota hæc capitis anterior pars quæ in læticiam effunditur: contrahitur in tristiciam: in iram: gaudium: merorem & plurimas perturbatiões resoluitur. Nam fronte: superciliis: naso: oculis: genis ipsis: notas animi indicamus. A uolendo dicitur uultus: in homine enim facies manet: uultus mutatur: cuius rei uocabulum non habent græci teste Tullio ī primo de legib9. Nam & oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti sumus locuntur & is qui appellat uultus qui nullo in animante esse preter hominem potest. indicat mores cuius uim græci norunt: nomen omnino non habēt. A uultu uultuosus deriuatur: quod tristem significat: ut ait Nonius allegans Ciceronem: in quo cum effeceris nequid ineptum sit aut uultuosum. apud uetustos uultum neutro genere reperitur. Lucreti9. iii. de natura re℞. sed quos utriusq; figuræ esse uides mixtim miscētes uulta parentum. Illud quoq; non omittendum arbitror: irrisionis genera plura ex uultu fieri. & licet sannæ. i. irrisiōis plures sint

Labia | Pro persio | Labra | Labeo | Error prisciani | Labes | Phisionomia | Lacuna | Mentum | Mentagra | Buccula | Note animi | Vultus | Facies | Græcorum defectus | Vultuosus | Vultū. n. g. | Sanna | Sanniones

modi: teste persio occipiti cæco posticæ occurrite sannæ: illud præcipuum uidetur: quod ore fit distorto qua propter sanniones uetustas appellauit. hi enim non recto sunt uultu: & ita se formant: ut omnibus sint risui. hec de faciei parte anteriori dicta sufficiant: si illud quoq monuerimꝰ: Mētum oblongum mitē hominē & iræ non obnoxiū: breue aut immitē ac iuidum insinuare. Vnde in.vi. æneidos: Siue apollineo ductu: siue phisionomiæ sciētia: quam doctissimi uiri secuti sunt. & Aristoteles in disciplinis uir maximus nō neglexit: immo ut ait Plinius scripsit: a poeta Virgilio in laudem morum ipsius Numæ regis romani dictum uidetur. nosco crines incanaq menta regis romani: pluratiuo enim numero usus creditur: cum de uno diceret: ut illius regis mitem naturam ostenderet. Nā cum menta dixit pro mento satis clare manifestauit se de magnitudine menti intelligere: qđ uisitatū apđ obseruantissimos latinæ linguæ uidemꝰ. Vnde Horatius magnitudinē romæ cōsiderās: nō urbem sed urbes in arte poetica posuit: postquam cæpit agros extēdere uictor & urbes latior amplecti murus. Mentum sic a Virgilio positnm mitem ostendit regem Numam: nam & apud antiquam græciam moris fuit ut ait plinius in supplicando mentum attingere. In parte capitis posteriori quæ ab occipitio initium capit; aures locabo. quæ dictæ sunt: uel ab hauriendis uocibus ut ait Lactātiꝰ: & Virgilius accedit: uocemq his auribus hausi. uel dictæ quasi audes. R. enim & D. sibi inuicē cædunt: Nā aduena & aruena: aduenio & aruenio prisci dixerunt. Sed aures ex cartillagine constāt & in homine immobiles sunt & in his cognomina sunt reperta familiarum. Nam flacci ab antiquis uocat: quorum aures flaccidæ ac lāguidæ deorsumq pendentes sunt. Auris tam cartillago quæ apparet quam foramen aurium dicitur: Lucretius. vi. triste supercilium furiosus uultus & acer. Sollicitæ porro plenæq sonoribus aures: hæ quoq tam de animantibus quā de his quæ anima carent recte dicuntur: Virgilius in georgicis: cum de aratro loquitur Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso. Ab aure auritus. Horatius primo carminum Blandum & auritas finibus canoris ducere quercꝰ. sed auritus non modo ad auditum sed ad magnitudinē aurium refertur. Virgilius auritosq sequi lepores. ornamenta aurium inaures a ueteribus dictæ: pendebant enim ab auribus perforatis: Vnū tamen ex his notum & uetustum allegans Cecilium festus meminit. dicit enim stalagninium genꝰ inaurium. fuisse ostēdit hæc orna

Pronostica

Menta

Aures

Flacci

Auritus

Ornamēta aurium

Stalagninium

menta ad anulorum effigiem Plautus in penulo: quid iam quia in cedunt cum anulatis auribus & huius quoque membri morum indicia esse non tacuerunt phisiologi. quando quidem aiunt magnitudinem auricularum loquacitatis & stultitiæ notam esse. Aurium uitium surditas: nam surdi sunt qui nihil: surdastri qui parum audiunt. hinc obsurdeo uerbum. Cicero. vi. de re. p. hoc sonitu omnes fere completæ aures hominum obsurduerunt. sed surditas. unde actiuum surdo. as. ad omnes fere sensus refertur: præsertim ad olfatum: gustum: uisum auditum. Surdū dicit' cui⁹ odor nō sentit'. Persius spirent cinnama surdum. & ea quæ gustum amiserunt exurdata dicuntur. Horatius. ii. sermonum. feruida quod subtile exurdant uina palatum. ad uisumq; referri. testis ē Plini⁹. xxxvi. ad hoc quibusdā incurrit umbra: surdusq; color fit. Idem in eodem hebescunt ni color surd⁹ repercussu angulorum excitetur: dicitur etiam actiue & passiue: sicut cæcus qui non uidet: & cæcam noctem dicimus in qua non uidemus. Nam surdus qui non audit: & qui non auditur in usu est. Iuuenalis: Surda nihil gemeret graue buccina: & herbæ surdæ a Plinio dicuntur quorum nomina nō sunt: sic dictæ: quia earum nomina non audiuntur. sunt enim sine nomine. & absurdum dictum credit': qa tale nunq̄ est auditum: uel quia tale est ut efficiat ne audiatur amplius. nam ab effectu surdus dicitur. Victruuius architectus. v. etiam diligenter est animaduertendum ne sit locus surdus: & ut in eo uox quam clarissime uagari possit. Auris memorie consecrata: Virgi. in buccolico. Cinthius aurem uellit & admonuit: & hanc attingunt qui attestantur hæc enim consuetudo erat ut denunciantes litem attestatos haberent quibus præsentibus conueniebant ut aurem illis uellerēt. nam attestari est confirmare: Vnde attestata fulgura dicta sunt ab antiqs quæ iterato fiebant. uidelicet significationē primorum attestātia. nam qui attestari cupiebat aurem testis uellens admonebat ut eēt memor: testis uero aurē offerebat uellendam. sed tangere non licebat nisi uolente teste: Si autem testis contentus erat tunc aurē præbebat: & ille aduersarium poterat in ius rapere: alioquin si manus iniecissent aduersario capitale erat: & in hanc sententiam locutus est Horatius primo sermonum. Casu uenit obuius illi aduersarius & quo tu turpissime? magna iclamat uoce & licet attestari? ego uero oppono auriculā: rapit in ius: clamor utrinq;: undiq; cōcursus. Plaut⁹ in psa leno ad saturionē parasitū sic ingt nōne attestaris: &

Pronostica aurium
Surditas
Obsurdeo
Surdus
Exurdata
Surdæ herbæ
Absurdum
Auris cui cōsecrata
Cōsuetudo in iudiciis
Attestari
Attestata fulgura
Capitale inicere manus aduersa.
Horatii loc⁹

parasitus tua ne ego causa carnifex cuiquã mortali libero aures at teram. Horatius ergo se testem obtulit cum auriculam opposuit uellendam. nam hic de quo loquitur cuidam in iudicio respondere debebat: nam in eodem sermone dixit: casu tum respõdere uadato debebat. de auribus hactenus. Ab occipitio initium capit Ceruix. i. locus ubi caput flecti potest: Ceruicis enim hec commoditas est: ut ad dextram sinistramue priorsum retrorsumq; uertatur: cõstat. n. ex ossibus orbiculatim uertebratis: ex quibus fit ad circumspectum facilis: totum ergo hoc sub ceruicis nomine compræhẽditur. hinc est q qui flecti nec regi possunt: ceruicis duræ perhibentur: in hac iugum pondusq; plerũq; imponitur: Virgilius. ii. ergo age care pater ceruici imponere nostræ: ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit. huius ceruicis anterior pars Gula dicitur. Nã Collum tam ceruicem posteriorem quam gulam anteriorem habet: ex his enim duobus collum constat: nam circa collum idest a lateribus fragitides sunt. Sic enim uocantur uenæ illæ grandes quæ tumidæ ab utroq; later̃ colli apparent: ut ait Cornelius celsus. Gula etiam cum ossibus intelligitur. Salustius in catilinario. laqueo gulam fregere. significat ganeam. i. gulæ uitium: Iuuenalis dum gula seuit: Petronius arbiter: ingeniosa gula est siculo scarus equore mersus. sed de hac latius in secundo libro dicemus: ubi de interiori homie erit sermo. A gula gulosus tanquam notum relinquimus. a collo autem decollare uerbum & collare nomen descendunt primum omnibus notum. secundum autem pro uinculo colli accipi sentit Nonius: Frumen & rumen colli partes ĩteriores sunt correspondentes eminentiæ quæ in gutture apparet. Sed a frumine fruges dici putat Seruius. Et rumen ex se rumino uerbum facit. Est autem ruminare cibum ad rumen reuocare iterumq; conficere. L. columella. vii. propter quæ bos neq; ruminat neq; lingua se detergit: sumpta igit̃ a bestiis translatione latinitas ruminare pro eo quod est in memoriã reuocare ĩ usu habet nonio teste. Collum: & maxime ea pars quæ ceruix nuucupatur multis uariisq; morbis afficitur. Sed inter omnes acutissimus est: qui quodam rigore neruorum modo caput scapulis: & hunc episloton: modo mẽtum pectori: & hunc prosloton: modo rectam & immobilem ceruicem intendit: & hunc tepanum græci appellant: quamuis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur: ut ait Cornelius celsus. Sed rigidi colli tam bruta quam homines obstipos idonei nuncupant: Persius obstipo capi-

Ceruix

Gula
Collum

Fragitides

Gula
Ganea

Decollo
Collare

Frumen
Rumen

Rumino

Epistoton
Prostoton
Tepanon
Obstipi

te & figentes lumine terram. L. columella. viii. Febricitantium ſi/gna ſunt cum obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferant: ac per paſcua ſubito cum Paulum procurrerunt, conſiſtunt. Collū cōplecti apud ueteres moris fuit Virg. ii. Ter conatus erā collo dare brachia cir/cum: huius craſſitudo fortitudinem: longitudo debilitatē: pſefert: Collum tauro ſubiacet. M. manilius. ii. aſtronomicon. Cēſuſq; ſui pulcherryma colla taurus. A collo ornamēta pluria dependēt. De torque non multa dicēda arbitror: qui Torquato nomen dedit. aureum enim torquem gallo detraxit gulæ & colli ornamētum. Tor quis ambigui generis reperitur. nam genere maſculino apud Oui dium primo faſtorum. ex uno quidam celebres aut torquis ademp ti. Propertius autē genere fæminino enunciauit: illi uirgatis iacu lātis ab agmie braccis torquis ab inciſa decidit unca gula. Monile quoq; collum ornat Ouidius. x. methamorphoſeos. Ornat quoq; ueſtibus artus: dat digitis gemmas: dat longa monilia collo. quod alio uocabulo ſegmentum uocatur Iuuenalis. ſegmenta & longos habitus: Idem: & ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. ſegmentū autem hac ratione ornatiorem torquem ſignificat: qa collum cir/cuit. nā ſegmentū circulus eſt. Plinius. vi. naturalis hiſtoriæ plura autē ſunt hæc ſegmēta mundi quæ noſtri circulos appellauer̄: græ ci paralellos: Idem in eodem quod ſupereſt terrarum tribus aſſigna tur ſegmentis. hec de capite & collo dicta ſufficiant: nunc ad reli/quā deſcendamus.

Febricitantium ſigna — Collum cō/plecti — Collū tauro ſubiacet — Colli orna/menta — Torques — Monile — Segmētum

HVmeris collum de quo dicimus conne/ctitur. Sunt autem humeri a quibus de pendēt brachia: quorum quidē hume/rorum latitudo: ut tradūt phiſionomiæ magiſtri: fortitudinem pariter ac pru/dentiam indicat. Virgilius. ii. hæc fatus latos humeros: ſubiectaq; colla ueſte ſu per: fuluiq; inſternor pelle Leonis. Idē in. v. oſtendit latos humeros: Idē in. vi. atq; humeris extantem ſuſpicit altis. qui ſermo de platone dictus exiſtimatur a ſeruio. Fuit enim plato athleta fortiſſimus: poſt uicto riam Philoſophiam ſecutus. datur etiam in his uitæ pronoſticum: qui enim humeris incuruis ſunt longioris uitæ putantur: humeri dicuntur etiam armi. a quibus arma. ut ait feſtus pro re dicta quo/niām ab armis ideſt humeris dependebant. ut ſcutum. gladius: pu

Humeri — Phiſiono/mia — Plato — Pronoſtica — Armus

gio:ficca:& ea quibus procul præliantur tela.ita moris erat apud ueteres:Virgilius primo æneidos.Namq3 humeris de more habilẽ fuſpẽderat arcum uenatrix.Sed nunc uſus optinuit:ut armi bru/ torum dicantur magis.Virgilius.vi.ſeu ſpumãtis equi foderet cal/ caribus armos.Armillum autẽ uas in ſacris dici putat Feſt⁹: quod armo ideſt humero deportatur.ſed armillam generĩ fœminino bra chiorꝝ ornamenta eſſe Liuius oſtẽdit primo ab urbe condita.addi tur fabulæ ꝙ uulgo ſabini aureas armillas magni põderis brachio leuo:gẽmatoſq3 magna ſpẽ anulos habuerint. De armillis ita loq/ tur Feſtus.armillas ex auro quas uiri militares ab impatoribus do nati gerũt dictas eſſe exiſtimãt:ꝙ antiq humeros cum brachiis ar/ mos uocabãt. unde arma ab his depẽdentia ſunt uocata.Eſſe aũt armillas circulos quoſdam & ad ornamentum tutelamq3 corporis oſtẽdit Propertius. Atq3 armillatos colla moloſſa canes pro millo. eſt autem millus quo canum armantur colla:apud uetuſtiſſimos. Brachium quod maris:montium:arborum dicitur:aliquando to/ tum membrum etiam cum mãu comprendit.Cornelius celſus pri/ mo:ob quam cauſam periti medici eſt: non protin⁹ ut uenit appræ hendere manu Brachium.Virgilius.v.Brachiaq3 ad ſuperas inter ritus extulit auras.Idem in eodem. Et euinctis attollit brachia pal mis:ſed Vegetius militem deſcribens longioribus brachiis eſſe no/ luit:in his uis magna conſiſtit. Vnde non mirum ẽ brachiis quoq3 in re militari ornamento fuiſſe armillas: tãquã his quæ uictoriam pepererunt.huic dicto illud non eſt diſſentaneum:fecit potentiam in brachio ſuo. & in Iſaia. & brachium domini cui reuellatum eſt. Brachium enim potentiam fortitudinemq3 domini indicabat ma ximam.Brachium interdum uocatur ab humero ad cubitum.i.ꝑs ſuperior:quæ armus dicitur. ut ſupra memorauimus. nam armos humeros cum brachiis:ſed nõ econtrario dicimus. A cubito uero uſq3 ad uertebram manus:lacertus nuncupatur.Ouidi⁹ primo me thamorphoſeon. Laudat digitoſq3:manuſq3: brachiaq3: & nudos media plus parte lacertos. Quint. curtius in brachia quoq3 & la/ certos auro colunt. Lacerti autem dequibus Virgilius in bucolico. Nunc etiam uirides occultant ſpineta lacertos: cuius fœmininum lacerta dicti ſunt:quia pedes ad ſimilitudinem lacertorum noſtro/ rum habent.Lacerti muſculoſi ſunt:& compacti:pulpaſq3 habent duras:ideo ex ſe adiectiuum creãt:quod ſignificat toroſum. Virgi lius in priapeis:Bacch⁹ comoſus: Hercules lacertoſus.L.columel

Armillum Armilla Millus Brachium Vis magna in brachiis Armi Lacertus Lacerta Lacertoſus

la.vii. Verumtamen aspectu non aliter probari debet: quam ut sit amplissimi corporis: ceruice ualida: robustis ac latis costis: pectore musculoso: fœminibus lacertosis. i. dura carne & thorosa: neruorumq; collecti cathenis. q autem lacerti huiusmodi carnes dicantur: Virgilius declarauit in. v. Aeneidos: cum Entellum fortissimū heroum fere omnium describeret: Inquit enim: Magna ossa: lacertosq; exuit: his duobus fortitudo conficitur. Non enim in uiro forti membra sunt superflua carne distenta: Sed neruorum quos corporis cathenas dicunt duricie collecta. Brachiorum motum in saltatione apud antiquos fuisse: testis est Ouidius in libro de arte amādi. Brachia saltantis: uocem mirare canentis. idem. Si uox est: canta. si mollia brachia: salta. Modum āt hunc saltādi cum quibusdā gesticulis apud sarracenos nuper conspeximus. & apud sclauinos nūc in usu est modus ille antiquorū. nā cū staticulos in chorea fecerunt: omnes uno eodemq; tempore terram pede pulsant: Cuius saltationis meminit Horatius in primo carminum. Iam citherea choros ducit uenus inminēte luna. iunctæq; nymphis gratiæ decētes: alterno terrā quatiunt pede. nam pro modo cātilenæ terram feriebant. Curuatura brachii ubi lacerto iungitur: Cubitus siue cubitū genere neutro & masculino proditur. Plinius. vii. naturalis historiæ. Inuenim⁹ ī monumētis salaminæ euthimenos filium ī tria cubita triennio accreuisse. Plautus in captiuis: Nā me⁹ est balista pugnus cubitus catapulta humerus aries. Brachii uitium ancus. nā is dicitur qui obuncum brachiū habet. nō enim uitio cubiti brachium extēdit aut exporigit: qualem fuisse romanū regem litteris ꝓditum est. Ancus eni martius. ἀπο τοῦ ἀγκῶνος ideſt cubito incuruo dictus: seruio affirmante. A cubito cubitale ornamentum fieri testis Horati⁹ Flaccus in libro sermonum: fasciolas: cubital: focalia. Sed ī mēsura sunt cōmunes cubiti & geometrici: de qbus: paulo post dicem⁹. Brachia geminis subiacēt. M. manilius. ii. astronomicō. & ī geminis æq̄li brachia forte scribunt cōnexa humeris. Manus sequitur lacertos adiuncta artubus. Artus enim omnium membrorū ossa habētium mēbrum mēbro alligant: ab artando dicti teste Prisciano: uel a græco uocabulo. q autem membra & art⁹ differant. nam hi nodum: illa uero truncos significāt. testis est Poeta in. v. æneidos, cum dicit. Et magni membrorum artus. Accedit etiā q art⁹ de animātib⁹ tantū: mēbra uero de inanimis quoq; dicūtur. Plinius iunior in epistolis: magna sui parte meridiem spectat:

Fortitudo ex qb⁹ cōfitiatur

Brachioꝝ motus ī saltatione

Staticuli

Cubitus & cubitum

Ancus

Cubitale

Brachia geminis subiecta.

Manus.

Artus

Membra

æstiuumq; solem: ab hora sexta hibernum. aliquãdo maturi⁹ quasi inuitat in porticum latam & pro modo longam: multa ĩ hac mem/bra. Manus igitur membrum lacerto cõnectit᷑: ibiq; Pulsus est: de quo sic Pli. arteriarum pulsus in cacumine membrorum: euidens maxime iudex morbo℞ in modulos certos: legesq; metricas p æta/tes stabilis: aut citatius: aut tardius. Sed pulsum alio ĩ loco Pli. per/cussum nominat. nam uitæ gubernacula tenet: & ictu crebro aut languido ualitudinem ĩdicat. Est autẽ pulsus multiplex: sed formi cans uicinam mortem prænunciat. Pli. *vii*. uenarum inæquali aut formicante percussu: sed hoc ex arteriis est: arteriæ sunt spiritus se mitæ. uenæ autem sunt sanguinis riui: licet apud idoneos etiam re pugnante Agellio & contradicente: uena pro arteria dicatur. Per sius: tange miser uenas & pone in pectore dextram: nil calet hic. Idem: postquam tertia compositas uidit nox currere uenas. Corne lius celsus. iii. si protinus uenæ cõciderint & sæpius eodem die si in ter plures accessiões subinde uis corpis deest. Manus igitur de qua dicere institueramus multa: plures habet significationes. nam ut omittamus q multitudinem collectionemq; indicat: Virgilius. vi. hæc mãus ob patriam pugnando uulnera passi: non tacẽdum reor manum pro capiendi instrumento a ueteribus accipi. non dico de manu nostra quæ digitorum collectionem & potestatem gerit. Lu canus primo. In manibus uestris quantus sit cæsar habetis. sed pro proboscide elephãti: nam hanc manum uocant latini. Curti⁹. iiii. cum de elephanto loquit᷑ sic ait: præcipue terribilis illa facies erat cum manu arma uirosq; corriperẽt: & super se regẽtibus traderẽt: Idem in eodem. cõpidas uocabãt gladios leuiter curuatos: falcibus similes: quibus appetebant belluarum man⁹. Sed elephanti angui man⁹ ideo uocantur. quia proboscis quam manum diximus uoca/ri ad omnem partem uertitur Lucretius. *v*. Anguimanus belli do/cuerũt uulnera pœni sufferre & magnas martis turbare cateruas. Manus plerũq; pro scriptura manuum dicit᷑. Quin. primo Institu tionum oratoriarum: caussa cassus Cicero & Virgili⁹ scripserunt: sic manus eorum docent. Hominis manus in quinq; digitos distin guitur: nam qui præ aliis pollet potensq; est pollicem dixerunt. Iu uenalis: & uerso pollice uulgi quem libet occidunt. huic proximus est digitus salutaris quem nonnulli iuniores indicẽ uocauere. Sue/tonius in uita Augusti: dextræq; mãus digitum salutarem tam im becillum iterdũ sentiebat: ut torpẽtẽ cõtractũq; frigore uix cornei

Pulsus iu/dex morbo/rum
Percussus
Pulsus indi cia
Arteriæ
Venæ
Manus
Proboscis
Manus in elephanto.
Copidæ
Anguima/nus
Manus pro scriptura
Manus diui/sio
Pollex
Salutaris uel Index

Laurentii dubitationem: qui in hunc prorupit sermonẽ in elegantiis suis. Femora ptẽ illã exteriorẽ significãt: femia ptẽ iteriorẽ molliorẽq; quæ se cõtingũt. uel femora ptẽ ãteriorẽ: femia posteriorẽ. Nos ãt femen & femur de utraq; parte dici ostẽdimus. nã idẽ nomẽ est: femur. n. femoris & fœminis facit: ut ait fest⁹: & Martian⁹. iii. Conuertit̃. L. in. R. & in. n. & in. s. ut niger nigellus. Femur feminis: gero gessi: est ergo unum & idẽ nomen: Nã cum dicimus Brachium & interius & exterius intelligim⁹. & pedẽ & manũ: a femore siue femine: fæminas dictas putãt: aut qa in femine discretio sexus est. aut qa feminib⁹ crassioribus sunt ut tradunt phisici ob on⁹ fetuum substentãdum: uel qa ĩ uenerẽ sunt magis pronæ: cuius sedes in femoribus quoq; ponitur. Iuue. Callidus & cristæ digitos impressit aliptes: ac summum domiæ femur exclamare coegit. est. n. uuluæ cum femoribus coxis & inguinibus cognatio quædam dicente cornelio cum uulua percussa est dolor inguinibus & coxis & femoribus est: & ideo apud Iuuenalem: Lenonum ancillas posita laufella corona prouocat: & tollit pendẽtis præmia coxæ: ꝓpter uicinitatem & cognationem. Sed femur etiam ĩ sacris litteris ꝓ opere nuptiarum poni affirmat Hieronymus: Femina etiam iferiores partes significant: Nã a flexu dicta uidentur: ubi. n. iunctura cum flexu pedis est femina dicuntur: Plautus in asinaria. Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas uetulos: Claudos: quibus obritæ ad femina erãt ungulæ. Lucretius. iiii. proceros passus ideo uestigia posse surarum ac feminum pedibus fundata plicari. L. columella. vii. cum de suffraginosa mula loqueretur ait: femina secari & interdum inuri solent. est etiam pars infra iuncturam ubi calcanea ut ita dicam callosa in bestiis sunt: A femine uel femore feminalia & femoralia dicunt̃. Sueto. ĩ uita augusti. quare quassato corpe neq; frigora neq; æstus facile tolerabat: hyeme quaternis cum pingui toga tunicis: & subuculæ thorace laneo & femoralibus & tibialibus muniebatur: Subligar quoq; & huius partis tegmentum ẽ: ad honestatẽ excogitatum. Iuue. psonam tyrsumq; tenet & subligar acci: Mart. iii. narrat te rumor chione nunquã esse fututã: atq; nihil cunno purius eẽ tuo. tecta tamẽ nõ hac q̃ debes pte lauaris: Si pudor ẽ trãsfer subligar ĩ faciẽ. dicit̃ etiã subligaculum in eadem significatione. Tullius. i. de officiis: scænicoꝝ qdẽ mos tantã habet ueterẽ disciplinã & uerecundiam: ut in scænã sine subligaculo prodeat nemo: subligar ãt & subligaculum dicta sunt q subtus ligent̃

Feminæ unde

Femur pro opere nuptiarum

Femina unde dicamus

Feminalia
Femoralia

Subligar

Subligaculum

ad tegēda pudēda corpis. Cāpestre quoqꝫ & pudēda tegit ad exercitationē cāpi excogitatum: & est uelamen admodum breue. Hor. i. epistolaꝝ: pēula solstitio cāpestre niualib⁹ auris: quæ alio uocabulo succinctoria nuncupant̃. De qb⁹ sic beat⁹ Augu. xiiii. de ciuitate dei. Cāpestria. i. succinctoria genitalium. Nā qdā iterp̄tes succinctoria posuerunt. porro autē cāpestre latinum qdē uerbum est. sed ex eo dictum ꝙ Iuuenes nudi exercebant̃ in cāpo. pudēda opiebantur. Vnde q ita succincti sunt cāpestratos uulgus appellat: hacten⁹ Augu. Sed Hieronymus ita uocauit i p̄rio Geneseos perizomata: Nā uterqꝫ de primis parentib⁹ loquit̃: sed hæc tegmenta pudēdoꝝ qdā iperiti brachas appellāt. Cum braccæ dicant̃ longa uestimēta ex pellib⁹ facta. Ouidi⁹ in libro de tristib⁹. pellib⁹ hirsutis arcēt mala frigora braccis: oraqꝫ de toto corpe sola patent. Idē in eodē: pellib⁹ & laxis arcent mala frigora braccis: Oraqꝫ sunt longis horrida tecta comis. Idē in eodē. hos quoqꝫ q graia geniti dicunt̃ ab urbe: ꝑ patrio cultu p̄sica bracca tegit. hinc gallia braccata dicta ē. Renonibus. n. utebat̃. i. uestimētis ex pellib⁹. quod ēt tāgit ꝓpertius. Illi uirgatis iaculātis ab agmine bracci. torqs ab icisa decidit unca gula. sed Virgi. de gallis locut⁹ est. Virgatis lucent sagulis. braccas idest uestes pelliceas uirgatas tamen habuisse uident̃ galli: qn̄qdē textus duplicem recipiat expositionē: ita ut uirgatas in uirgaꝝ modum deductas intelligant qdā:, Vel uirgatas purpureas ut ait Seruius. Nam uirgæ gallorum lingua purpura dicitur. Sed a p̄sis pri⁹ braccarum usus manauit. persius braccatis illita medis. & Iuuenalis: mittentur braccæ: cultelli: frena: flagellum: sic prætexatos referunt artaxata mores. Artaxata autē urbs est medoꝝ præclarissima. Femora sagittarius regit. M. manilius. ii. Centauro femina accedunt. Idem in. iiii. Et femur arcitenēs. Femori annectunt̃ genua ibiqꝫ uertebra est qua sedēdo uel ambulando ita se flectunt ut litteræ grecæ figurā habeant: ideo uulgo gāma nuncupant̃ femina & crura simul. nam re uera hoc membꝝ in genu gāmoides flectitur. Genu dicit̃ a parte supiori. Statius in p̄rio thebaidos: flexoqꝫ genu uacua ilia tundunt. a p̄te uero inferiori. i. retro uocat̃ hic poples. Ouidius. viii. methamorphoseos. Dextroqꝫ a poplite leuum pressa genu: digitis inter se pectine iunctis. L. columella. vii. Si dolore neruoꝝ claudicat oleo & sale gēua poplitesqꝫ: & crura cōplicāda sūt. Lucreti⁹. iiii. brachia palpebræqꝫ cadūt poplitesqꝫ cubāti. Sed apd historicos etiā ꝑ tota illa p̄te neruosa accipit̃. Liui⁹. xxii. quosdā &

Campestre
Succintoria
Cāpestrati
perizomata
Braccata gallia
Renones
Vergilii locus
Braccarum usus unde primo
Artaxata
Femora regit sagittarius
Genua

iacentes uiuos ſuccisis femoribus poplitibuſq; inuenerunt. Hora. .i.ſermonum: q peccas minus atq; ego cum fului rutubæq; aut placidiani contento poplite miror prælia. A genu uerbū erat antiquū

Cōgenudo — Congenudo quod eſt genu flecto ut ait Nonius. a genu geniculum diminutiuum. Pli.xx. Caule rubro: & longo denſis geniculis. Vñ

Engonaſis — & celeſte ſignum q̄ græci engonaſim uocant latini Ingeniculatū & genu nixum dicunt. Victruuius architectus.ix. pes ĩgeniculati. Ouidius.viii. methamorphoſeos: Conſiſtuntq; loco ſpecie remanē

Genua miſericordie — te coronæ: q medi⁹ nixiq; genu ē anguēq; tenētis. Genua ſunt miſericordiæ conſecrata: de qbus ſic Pli. homini genibus quædam & religio ineſt: obſeruatione gentium: hæc & ſupplices attingunt: ad hæc & manus tendunt: hæc ut aras adorant. fortaſſis qa in iſtis uitalitas. namq; ĩ ipſa utriuſq; genu cōmiſſura dextra leuaq; priore pte gemina quædam buccaꝶ inanitas ineſt q̃ perfoſſa ſeu uinculis ſpiritus fugit: hactenus Pli. nō mirum ergo q̄ ait ſatyrus. inde ſuperbi Totum regis agrum nuda & tremebūda cruentis erepet genibus: ſi candida iuſſerit io. & alio in loco: ꝓpter q̄ fas eſt genua incærare deoꝶ. & Virgi.iii. æneidos. dixerat & genua amplectēs gēnibuſq; uolutans hærebat. ſupplex. n. achimenides ad ãchiſem cō fugerat: namq; paulo poſt ſubiunxit. nos trepidi ꝓcul inde fugā ce

Genua regit capricornus — lerare recepto ſupplice. Genua regit capricornus. M. manilius.ii. Aſtronomicon. Capricornus utriſq; imperat in genibus. A genu initium capit crus quod uſq; ad talum extenditur. Corneli⁹ celſus.

Crus — iii. Vltimum eſt iuxta talum ex utroq; crure paulum ſanguis mitte

Tibia — re. Ouidius.iii. methamorphoſeon: crura notent ſentes: a pte anteriori uocat̄ tibia: os. n. illud a genu ad pedē uſq; deſcendens huius nominis eſt: & antiq & præſertim Hetruſci oſſibus tibiaꝶ muſica fecerunt inſtrumenta: ꝓpter q̄ tibias uocauerunt. Horatius in arte poetica. Tibia non ut nunc oricalco iuncta: tubæq; æmula. ſed

Tibia phrygia — tibia ꝓ numero foraminum diuerſitatem ſortitur. ait. n. Varro. Tibiam phrygiam dextram unum haberē foramen: ſiniſtrā uero duo: quoꝶ alteꝶ acutum reddit ſonum: alteꝶ uero grauē: cuius rei nō ignar⁹ Maro dixit in nono. Vbi biforem dat tibia cantum: de phrygibus. n. loquit̄: ſed a tibia oſſe cuius meminit higinus ĩ deſcriptione pſei: in dextro femore unam ad genu: in tibia unā: dicunt tibia-

Tibialia — lia. Suet. in uita Auguſti. thoracæ laneo: & femoralibus: & tibialib⁹ muniebat̄. a parte uero cruris poſteriore ſunt ſuræ. Virgilius.i.

Suræ — æneidos. purpureoq; alte ſuras uicire cōthurno. de quibus Pli. ita

loquit̃.xi. naturalis historiæ. pedes homini maximi. Femis tenuio/res in omni genere. suræ homini tantum: & crura carnosa. Crus igit̃ ex tibia & sura: quæ est collectio carnis faciēs decentē tumorē: q̃ fortitudinis signum in milite putat Vegetius cum dicit: suras nō superflua carne distentas: Sed duritia neruorum collectas. In cruribus uitia sunt & morbi plurimi. Nam uari & uarici dicunt̃ q itrorsum habent retortos pedes. & hinc Varices appellantur uenæ quædam in suris inflexæ atq̃ obtortæ: q̃rum meminit Cicero. ii. tusculanarum. Cum uarices secabātur. C. Mario dolebat cum æstu magno ducebat agmen laborabat. Sed ualgi: ut aurelius intellexit: teste festo: sunt qui peruersas suras habent: econtrario uari dicuntur incurua crura habētes. Hora. i. sermonum. hunc uarꝰ distortis cruribus. honestius. n. filioꝝ uitia pr̄es appellāt. Valgi igit̃ & uari uidētur oppositi uitio pedum: nā quoꝝ crura ita sinuant̃ exteri⁹: ut q̃si arcus appeant: inter. n. crura spatium magnum est: uari nuncupātur. Sed quoꝝ crura interius ita incuruant̃ ut q̃si adhæreāt suræ: & pedes inter se distēt ualgos uocauerunt ueteres: nam ualgus in/tortus dicit̃. Plautus in milite maiorē ptem uideas ualgis suauiis: hinc ualgustum fustē uncum dixit antiqtas. sed a uaro siue uarico: utrūq̃. n. diximus extare. uaricosus dicit̃. nā & uarices hinc quoq̃ manant. Persi⁹ dixeris hæc inter uaricosos cēturiones. Iu. uarico/sus fiet aruspex. a uaro quoq̃ uaricor uerbum: cuius cōpositum in usu ē: præuaricor: & huius significatio oībus fere īnotuit. Nā præuaricari est a recto discedere. Pli. viii. nālis historiæ. Arator nisi in/curuus p̄uaricat̃. Vnde præuaricatoris nomē inde translatum hoc crimē i foꝝ. Sed qdā iuris cōsulti aliorsum q̄ dicat Pli. interp̄tant̃: cum significatio ad idē fere redeat. Nā Vlpianus dicit præuaricatorem esse q aduersam ptem adiuuat p̄dita cā sua: allegatq̃ labeonē q hoc nomen a uaria certatione tractum sensit. sed ip̄e labeonis deriuationē improbare uidet̃ in titulo de uerboꝝ significatōe. ait. n. præuaricatores eos appellamus q causam aduersariis suis donāt: & a pte actoris in ptem rei cōcedunt: a uaricando p̄uaricatores dicti sunt. hec Vlpiani dicta cum ueritate concordant: nam in sacris litteris hoc uocabulum peculiare fere & frequens est in ea significatione cum a recto discedit̃. Crura aquarius regit. M. manili⁹. ii. astronomicō. Crurum fundētis aquari arbitrium est. & hoc etiam uidetur dictum quia crura inuersa uasorum speciem habent: licet ut ām̄onuimus ab apotelesmate hoc tractum uidetur. nam luna

Crus | Suræ | Signum fortitudinis | Vari | Varices | Valgi | Valgustum | Varicosus | Varicor | Præuaricor | Præuaricator | Crura aquarius regit

in his ſignis multa operat᷑. Vnde illud dictum eſt a ptholomeo.xx. uerbo libri fructuum uerendum eſſe membꝵ ferro tāgere cum lu na eſt in ſigno illi⁹ mēbri. A uertebra pedis ad calcanei finem pna uocat᷑: & petaſus.pna autē a pnitendo: ſicut & pnix. Virgi.iiii.pe/ dibus celerē & pnicibus alis: ex hoc pnam antiq: & petaſum dixe/ runt ſuis ptē. pſius. & piper & pernæ marſi monumenta clientis. Cato.i.de re ruſtica pernas ſic ſalire oportet in dolio aut ſeria: cum pernas emeris ungulas eaꝵ præſcindito: ſalis romanenſis in ſingu las ſemodios. hinc ſupernati dicti ſunt qbus femina ſunt ſucciſa in modum ſuillaꝵ pernaꝵ: ut ait feſt⁹. Vnde quorūdam imperitiam admiror q terga ſuis cum omnib⁹ fere appendicibus pernā ſignifi care putauerint. Cum hec dicant᷑ terga: ſiue more ātiquo tergora. Iuuenalis. ſicci terga ſuis rara pēdentia crate. Plautus in captiuis. arripuit gladium: pertrūcauit tribus tergorib⁹: glandia: aulas: ca/ liceſq; oēs cōfregit niſi q modiales erāt. Idem in eodē loco: ut ego collos ptruncabo tergoribus: q̄nta pernis peſtis ueniet: quanta la/ bes larido: quanta ſumini; abſumendo: q̄nta callo calamitas: Sed pernā petaſum quoq; diximus appellari. Plautus in amphitrione. ego has habeo uſq; in petaſo penulas. Tum meo patri āt thorulus inerit aureus ſub petaſo id ſignum amphitrioni nō erit: dicit᷑ etiā petaſo, onis. M.iii. Cāparin & putres cepas halece natātes: & pul pā dubio de petaſone uoras. Iuue. diminutiuum facit: ſiccus peta/ ſunculus & uas pelamidum. Sed a perna pernio morbus ex frigor᷑ a uertebra ad calcaneum exulcerās. Pli.xxviii.naturalis hiſtoriæ. Perniones urſinus adeps: rimaſq; pedū oēs: arcet efficatius alumi ne addito. Petaſus ꝑ petaſi calciamēto ponit᷑. nā eā ptē tegit: & hic deriuat᷑ petaſat⁹. Sueto. in uita Auguſti. Solis uero ne hiberni qdē patiens: domi quoq; nō niſi petaſatus ſub diuo ſpatiabat᷑. In q̄dru pedib⁹ ſuffragines dicunt eas partes quas nomine petaſi cōpræhē di mōſtrauim⁹. ſuffragines autem dictæ qa ſubtus uidentur frangi cum flectitur locus ubi pes iungit᷑ cruri. Plini⁹.viii.cum de cauda bouis loquitur. creſcit uni donec ad ueſtigia una perueniat. quam obrem uictimaꝵ probatio in uitulo ut articulum ſuffragines cōti gat: breuiore nō litant: ꝙ etiam tetigit Virgi.in laudem bouis.iii. georgicō. Et gradiens ima uerrat ueſtigia cauda. L. columella.vii. ſuffraginoſæ hordeacea farina imponitur: mox ſuppuratio ferro recluſa linimētis curatur. Idem.v. ſemp circa crus dolabella dimo uēda terra erit: & ſi ſoboles q̄ ruſtici ſuffragines uocant radicibus

Perna

Supernati

Petaſo

Pernio

Petaſatus

ſuffragines

ſuffragines unde

adheret diligenter explantandaq3:ferroq3 alleuanda est. Crus finitur in pedem: Sed pes plures habet partes: hoc ē calcem: siue calcaneum: siue talum: uolam: & digitos. Sed prius de calce. calx igitur posterior pars pedis a calcando dicta est: unde & calcaneum: Vnde illud in moreto. Cōtinuis rimis calcanea scissa rigebant. Et Hieronymus. Crinitum calcaneo ten⁹ hoīem. Virgilius. Quadrupedēq3 citum ferrato calce fatigat. & hinc est q calx plerūq3 pro percussu pedis ponitur: Iuuenalis. aut dic: aut accipe calcem: Vnde & calcitrosi dicti. L. columella. ii. iuuēcūq3 reste tractum calcitrosumq3 eū reddidit: nōnunq̃ tamen admoueat flagello: sed calx quoq3 dicitur bitumē ædificiorum: qa ita lapides simul astringit: ut calcati uideantur: & hinc fornacem calcariam: & calcarium q̃ præest fornaci dicimus. Cato de re rustica. calcem pertiario coquēdam qui dat. idē in eodem: & calcarius ligna conficit ad fornacem. sed qdam grammatici dicunt calcem ꝓ parte pedis: & pro cemento genere distinguí: cum hoc fœminini: illd masculini generis perhibeant: attamē apud ueteres uarii codices reperiuntur. Nam in Virgilio. & ferrato: & ferrata calce: & ĩ Catone: calcem arenatum legimus. os autē q in calcaneo est: talus uocatur: unde & uestis talaris quæ ad calcanea usq3 descendit appellatur: & ē quadrangulus. ꝓpter hoc maiores nostri talos uocauerunt cubos & tessaras: sunt. n. tali ad ludū: ꝓpertius. me quoq3 per talos uenerem quærente secundos: semper damnosi subsiluere canes. hinc diminutiuum taxillus. idest paruus talus. q āt talaria dicant̃ qa talis annectunt̃. Virgi. iiii. pedibus talaria nectit: tanq̃ nota relinquim⁹. Sed qui grādiora ossa calcaneorum habent. unde tali extant antiquitas uocauit Scauros. Hora. i. sermonum. illum balbutit scaurum prauis fultum male talis. ē. n. pater in uitiis filiorum cæcior. ita ut honesti⁹ quælibet appellet: & hæc de calce dicta sufficiat. Nunc de alia parte quæ dicitur: Vola nam & manus quoq3 est & ꝓpter hanc rōnem uolare est aliquādo pedes: idest: uolas mouere. Virgi. vi. ille tantum prodire uolando. idest: ambulando. Nam ad pedum uolas retulit Seruius. Est autem uola cōcauitas pedis. manus enim & pedes multa habent similia: & iō in sermone plerumq3 iunguntur: ut in Terenti: omanibus pedibusq3 obnixe operam datum: pedis quoq3 digiti sunt quiq3 q hisdē fere nominibus appellantur: exceptis salutari: & infami digitis. nā in manu medium: infamē quoq3 digitum appellāt. Persius. infami digito lustralib⁹ ante saliuis expiat. in pede est pollex: in quo nōnul

Crus ubi finiatur

Calx

Calcaneum

Calcitrosi

Fornax calcaria

Calcarius

Talus

Tallaria

Scauri

Vola pedis

Volare

Digitus pedis

lis fuit uis medica: nam sic de pirrho rege epirotarum loquitur Plini⁹.vii.naturalis historiæ. Sicut pirrho regi dextro pede cui⁹ tactu lyenosis medebatur: hunc cremari cum reliquo corpe nō potuisse tradunt: sed pollex iterdum alios quoq; digitos scandit & tunc uocatur hallux ut ait fest⁹. Sunt igit̃ noia digitoꝶ pedis: pollex: ꝓximus pollici: medius: medio ꝓximus: & min⁹. Plātæ appellatiōe calcaneum: uola: & digiti cōpræhendunt̃. Vnde in moreto. Cruribus exilis spatiosa prodiga planta. & hinc plantaris adiectiuum. Stati⁹ primo thebaidos. Summā pedum ꝓpere plantaribus alligat alis. Nā de arboꝶ plantaribus quid afferam? cum ipsa quoq; a planta sint. Virgilius.ii. Georgicoꝶ. expectant & uiua sua plantaria terra. qa plantæ de arboribus: sicuti alia fere oia dicuntur. Idē i eodem. hinc plantas tenero abscindens de corpore matrum: dicit̃ ēt uestigium: ꝙ ad alia quoq; cōe est. Vnde uerbum uestigio in .vi. æneidos. ergo alte uestigia oculis: & rite repertum carpe manu. Sed pes totus dicitur & supius: & inferius. nam summum: & imum diuerso respectu dici supra āmonuimus. Vnde in moreto. atq; manu summa lachrymantia lumina tersit: quasi pro dorso manus. & Stati⁹. summa pedum alligat dixit. ligamentum enim dorso pedis fieri certum est: ꝙ uocauit summum qa imum est uestigium. Pes plurima significat: nam de mensura supra memorauimus: sesquipes uero pedem & dimidium continet non .v. pedes ut quidam psii cōmentator arbitratus ē in eo uersu. pinguis aqualicus propenso sesqpede extat: Nam sic uitruuius architectus.ii. tria genera lateꝶ: unum ꝙ græce lidiū appellat̃. i. quo nostri utunt̃ longum sesquipede: latum pede: pes ēt est funis i fine ueli nautici. Virgil .v. Vna omnes fecere pedem: Pes etiā a multitudie pedum: dicitur pater lendis: idest pediculus. Plautus in curculione: ut muscæ: culices: pedesq;: pulicesq; odio & malo & molestiæ bono usui ē is nulli. Sed a pede hoīs mēbro bipes: tripes: & quadrupes: & pedalis: Vnde in priapeis. pedicabere fascino pedali. Sed græce tripos. dis. dicitur trium pedum instrumentum. quod ob auxilium tertii pedis fortius se substētat: q̄ si bipes esset: & propter hoc græcia uiros fortes tripodibus donabat: ipsi. n. nō facile succumbunt: nec calamitatib⁹ cedunt: imo ita se gerunt quasi aminiculū habuerint mai⁹ q̄ ceteri ita ut quasi tertio pede subfulti alios uicerint. Vñ Virg. ix. & tripodas geminos: auri duo magna talēta. Hora. i. i. carminū. Donarē tripodas præmia fortium graioꝶ. A pede: pedare: quod est pedamenta. i. palos uitibus apponere. Co

Hallux. Planta Pes Persii locus Tripos Tripodibus dōabat græcia uiros Pedare

lumella.v.pedatam uineam iugatāq; seqtur colligatiōis cura. Idē ī eodē: putationē seqtur pedādæ uineæ cura. Veꝝ hic ānus nōdum uehemētem palum: aut ridicam desiderat. sed istoꝝ mēbroꝝ quæ gāmoides flectuntur tegmēta sunt caligæ. Iuue. ueniā caligatus in agros. & hoꝝ quoq; tegmēta sunt ocreæ. Vnde in moreto. ābit cru ra ocreis: licet oīa fere corpis uestimenta & arma eodem uocabulo cōprehēdant: ut diximꝰ: & ideo caligati dicunt armati. in ea parte quæ caligis uestit. Iuue. cum duo crura habeas offendere tot caliga tos: & manicæ ꝓ armatura manuum: nā de uestimēto & uiculis di ximus. Iuue. Si cōiugis auctio fiat: balteus & manicæ & cristæ: cru risq; sinistri dimidium tegmē: & paludati armati & ornati: oīa eni militaria ornamenta paludamēta dicebant: ut ait Festꝰ: ad ꝙ illud Iuuenalis refert. Cūq; paludatis ducibus præsente marito. Sed pe dis calceus est. Iuuenalis. & si rupta calceus alter pelle patet: & so/ lea etiā pedum ē. M. & soleas surripit ille suas: ꝓ calceis. Sed solea ex ferro argento: corio: & alia quoq; re fit. Catullꝰ & supinum ani mum graui deliquere cœno: ferream ut soleam tenaci in uoragine mula. nam mulis: equis: & bobus quoq; multis ī locis soleæ ferreæ applicātur. hinc ē ꝙ in Suetonio legimus: mulionem ī itinere quo dā ad calciādas mulas desilisse. qa soleæ ferreæ ungulis affixæ cal/ ceoꝝ uicem ꝓbēt: a solea soleatus. M. xii. & si iam lotus: iam solea tus erit. & ecōtrario excalciatus. idē in eodem ne facere posset tale sæpius dānum: excalceatus ire cœpit ad cenā. & illud quoq; nō est omittēdum: nā diximꝰ alia re soleas fieri. L. Columella. vii. linimē/ ta sale atq; aceto ībuta applicātur: ac solea spartea pes iduit. solea quoq; piscis genus ē a similitudine formæ appellata. Pli. in. ix. rōbi soleæ passeres formā habēt planā. Pli. iunior in epistola ad gallum: mare soleas tamen & exquillas optimas egerit: Pedum morbi & ui tia sunt plurima: nam podagra a cōtrahēdis pedibus dicta: ut mor bus ita nomen pegrinum. ut ait Pli. Non. n. Roma cum sudando & laborando uiuebat hoc malum cognouit: de qua Ouidius. Tol/ lere nodosam nescit medicina podagram: est enim morbus longꝰ: de quo Cornelius celsus in. iiii. sic loquitur ī manibus pedibusq; ui tia lōgiora sunt: quæ in podagris chiragrisq; eē cōsueuerunt: ea ue ro raro uel castratos uel pueros ante fœmine coitū: uel mulieres q bꝰ mēstrua suppssa sunt tētāt: idē cum de podagra loqtur: qdā ēt cū asinino lacte epoto sese eluissent: ī ppetuū hoc malū euaserūt. sed a podagra podagrosus dr: Plau. in mercatore. Sed tādē si podagrosis

Caligæ
Ocreæ
Caligatus
Manicæ
Paludamentum
Paludatus
Calceus
Solea
Soleatus
Exalciatus
Solea piscis
Pedū morbi
Podagra
Chiragra
Podagrosus

pedibus esset euthicus. Idem i penulo. nunc uos quia aduocatos di
xi: & testes ducere podagrosi estis. ac uicistis cocleam tarditudine.
est etiam morbus Gemursa inter digitos pedum nascens: a gemitu
appellatus. de quo Pli. xxvi. naturalis historiæ. gemursa inter digi
tos pedum nascēs. Nūc nō repitur noīe oblitterato. Vitia uero pe
dum hæc sunt. nam attæ uocantur: qui ꝓpter uitium crurum aut
pedum plātis insistunt: & atterunt magis terrā q̃ ambulent: quod
cognomē (ut Fest⁹ inqt) qntio poete adhæsit. & qui malis sunt cru
ribus: aut pedibus aut coxendice: dicti sunt claudi & loripedes. sed
tñ inter se differunt. Claudi. n. hi dicuntur. qui ex pedibus: aut cru
ribus: femoribusue uitiatis nō possunt passus facere. nam eos clau
dunt. Vnde Salustius i historiis equi præ labore claudunt: pro clau
dicant: huiusmodi enim uerba diminutionem cum actus frequen
tatione significant: nam uellico minus quā uello: candico min⁹ q̃
candeo: nigrico minus q̃ nigreo: sed cum frequentia. Vnde claudi
care non est omnino claudere: sed frequēter & parum claudere: be
ne igitur claudi dicūtur qui claudunt freq̄nter & paꝝ: nā spacium
quod in ambulando est inter pedes: ideo passus nuncupatur: qa pa
tens aptumq̧ est: a pateo. n. passum supinum est. cum uero non est
passum. clausum dicitur. & ob hoc claudere est de illo spatio inter/
cæpto diminuere: & minorem passum facere: aut ad quantitatem
ipsius spatii referendo: aut ad tarditatem: nam qui tardius ambu/
lat: nō uidetur æquales passus habuisse: illi qui celeri⁹ uenit: quod
tam diminutiōe passus fieri potest. q̃ ipsa tarditate ambulādi: quæ
solet esse in claudo. Vnde apud ueteres. uersus Iambicus scazō di/
cit̄. qui in fine non habet iambum pedē citum. ut apellat Hora. in
arte poetica. nam spondeus qui iambo successit tardus est. Idem in
eodem. Spōdeos stabiles in iura paterna recepit. Scazondes igitur
nomen. quia non ita celeriter ut iambicus purus: claudus est igitur
propter tarditatem. ex qua iudicamus minores passus eē cum am/
bulandi spatium tardius dimensum est: cum re uera etiam passus
claudi possint spatio recti: sed non celeritati adæquari. Loripes ue/
ro dicitur qui quasi loro pedē ligatum habet: idest cōtractis neruis
claudus natura uel casu factus. Iuuenalis. Loripedem factus deri/
deat. sed hæc plerūq; confunduntur. pedes subiacēt piscibus. M.
manilius. ii. astronomicon. piscesq; pedum sibi iura reposcunt. sed
iam habunde diximus de exteriore homine: sed multa cōsulto præ
termissim⁹. quę uel superuacua uel iam uetustate abolita uel nimis

Marginal notes: Gemursa. — Attæ — Claudi — Loripedes — Vellico — Candico — Passus — Claudeř unđ — Scazon — Scazondes — Claudus — Loripes — Pedes subiacēt piscibus

obſcura: aut uulgaria diximus. unum tamen his addēdum cēſeo. oia fere uocabula. quæ de homine diximus. non mō animantibus ſed arboribus quoq; conuenire: nam arbores & ſegetes animam quoq; habent: nā uinum: adoleſcunt: & moriunt: & occiduntur. Virgilius.iiii. Fer ſtabulis inimicum ignē atq; interfice meſſeſ. iter ficere autē eſt uita priuare. moriunt etiā. Virgil. in bucolico: & fallax herba ueneni occidet.i.amittet aiam. q̃ēt de aliis dici oſtendit Plaut⁹ in āphitrione. Scin q̄ bono aio ſim: ſi ſitulā iā cepero: nunq̄ ædepol tu mihi diuino qcq̄ credias poſt hunc diē: ni ego illi puteo ſi occipiſſe aiam oēm iter traxero: De arborib⁹ nō eſt mirꝝ: nā ipſas ad ſimilitudinē hoīum natura formauit: qꝫ ita eē elegātiſſime oſtendit. L. columella his uerbis. hac lege pecudes. hac uirgulta ꝓgēuit: hac uitium gnīa figurauit: qbus eadē ipſa mr̄ ac parēs radices uelut q̄dā fundamēta iecit: ut his q̄ſi pedib⁹ īſiſterēt: truncum deide ſup poſuit uelut q̄ndā ſtaturā corpis: & hitus: mox ramis: diffudit: q̄ſi brachiis: tum caules pampinoſq; elicuit: uelut palmas eorꝝq; alios fructu donauit: alios fronde ſola ueſtiuit ad ꝓtegēdos tutandoſq; ptus: Hæc igit̄ columellæ uerba cōtēplāti nō erit nouum de arborib⁹ quoq; caput. oculos: pollicē. crura: pedes: plātaſq; dici: & alia quæ ſæpe tetigimus. L. columella.iiii. duo uel tres fructuarii oculi penit⁹ ī terrā deprimant: & de arborib⁹ pollicē dici. Idē oñdit in.vi. atq; in frōdatiōe cauendum ne aut ꝓlixiores pollices fiāt q ex āputatis uirgis reducuntur. Idē.in.iiii. Vñ formicis aliiſq; aīalib⁹ quæ putrefaciunt crura uitium latebræ præbent. Sed alia tāq̄ nota relinqmus: nōne ad ſimilitudinē hoīm ſurculi q nihil gignunt ſpadones nūcupant. Idē.i.iiii. & ut ad cōſuetudinē agricolaꝝ reuertar: eiuſmōi ſurculos q nihil attulerunt ſpadōes uocāt: de his hacten⁹: hoī tā nomen q̄ cognomē accidit. pleꝝq; nihil ſignificās aliqñ ſenſum gerit apd latinos. Sed apud græcos & hebreos ſemp fere ſunt noia ꝓpria alicui⁹ ſignificatōis. apud nos uero quædā. nā cæſar primus ille cognomiat⁹ q cæſo uētre mr̄is nat⁹ ē. & ex hac eadē cā cæſones quoq; uocauerūt. ꝓ piſonib⁹ piſtrini pilū. Ciceronib⁹ fabiis lētulis legumēta dederunt nomē. ut qſq; cicer. fabā. lentēue melius ſerebat ut legim⁹ in plinio. Catones ſapiētes. nerones fortes lingua ſabina nuncupant. Scipiōi bacul⁹ nomē īpoſuit. Coſſos uermium ſimilitudo uocauit. Nā coſſi ſunt uermes rugoſi. q ī ligno naſcunt: obquā ſimilitudinē coſſos dixerunt rugoſos hoies. ſed qd de tuditanis loqmur: cū tudides uocabulo ātiquo mallei appellent. & ꝓpter

Interficere

Pollices de arboribus

Spadones ī arboribus

Hōis Nomē

Cognomen

Cæſares

Piſones

Cicerones

Catones

Nerones

Coſſi

Tuditanus primus
Agrippæ
Lucani
Lucii
Manii
Cecilius

hoc Tuditanus ille primus cognominatus: qui caput ad similitudi nẽ mallei habuit: ut ait fest⁹. agrippas æger ptus noiauit. nã quorũ pedes in natiuitate præcedunt: ægre nascunt̃. nã mos est capite na sci. Lucanos: lucios: & manios a luce: & mane dictos ipsa deriuatio ne cognoscitur: cum de populo lucaniæ. nam his quoq; Lucan⁹ di citur. alia sit rõ. Cecilius sue cognationis nomen gerit si festo credi mus. nã a ceculo pnestinæ urbis cõditore. uel cecade socio æneæ no miatus. nos uero a cecutiẽtib⁹ oculis ceciliũ primũ cẽsem⁹ dcm̃: qñ qdẽ cecilia dicit̃ serpẽs illa cæca bob⁹ inimica. L. columella. vii. Est

Cecilia

& magnorũ aïalium noxiũ uir⁹: nã & uipa & cecilia sæpe cũ in pa scuo bos iprouide supcubuit lacessita onere morsum iprimit Mar cum uero ab ipso diminutiuũ descẽdẽs oñdit marculus ut ait festus qd ãt sint marculi Mar. declarat. xii. ærariorũ marculi die toto. Ti torũ cognomẽtum ex titulis ortũ ẽ ut ait fest⁹. Sed milites oli tituli dicti sunt: a tutãdo: ex eo q tuent̃ priam. psi⁹. hic nec more pbo ui

Milites titu li oli appel labantur.
Persii loc⁹:
Tullii
Quitiliani
Pansæ
Vatinii
Planca

deas nec uoce serena ingentes trepidare titos. Sed qdã cõmẽtator psii aliter & puerse itelligit. & titulos librorũ. x. Oui. legerat huius amor titulum nomẽq; libelli. qa scribẽdo gesta maiorũ auctores pa triã exẽplis ditãdo dfendũt & cõseruãt. hortãturq; ad munia rei. p. capescẽda: Tullii dñr aq̃rũ riui: & sanguis uehemẽtes piectiões ut enniũ allegante festo didicim⁹. Quintiliani uero lupci nuncupati sunt: qm̃ eis præerat oli qntili⁹ q̃dã: pansæ a planis pedib⁹: uatinii a uaris crurib⁹ dicti: plãcum plãca noiat. Est. n. plãca tabula plana: palladius i libro generali. plãcæ roboreæ supponunt̃ stationibus e quorũ ut iacẽtib⁹ molle sit. stãtibus uero durũ: plancum igit̃ dñt. qa ut planca planis ẽ pedib⁹. & q tales hñt pedes alio uocabulo dicun tur ploti. uñ poeta dictus ẽ prio plotus: pp huiusmõi pedes: deinde plautus. O. n. & au inuicẽ sibi cædunt. ut claudi⁹ clodius. & soleas dimidiatas: qbus utebant̃ in uenãdo semiplotia appellabãt: ut ait

Plauti ca nes

festus. & ob hãc similitudinem plauti dicunt̃ canes quorũ aures lã guidæ sunt ac flaccidæ. aut qa latius patent ut ait festus aut qa pla næ sunt ut plãcæ quapp nõ absonũ uidet̃ q de seipso Plaut⁹ dicit. plautum offero cum latranti noie sextos: qntos: decios: prænonia

Hortensii

numerus: nõ minus idicat q̃ hortẽsia abhortis hortẽsios. de his sa tis. nõ. n. oia pscrutari dcreui: hec ãt posui ne hoies putẽt ppria no

Morbi cor poris.
Corporatu ra

mina cõem hře q̃titatẽ: cum aliqñ ipsa deriuatio noib⁹ tribuat q̃ti tatẽ. His igit̃ expeditis ad morbos transeam⁹: q totum infestãt cor pus. hoc ẽ totã corporaturã sic. n. uocat̃ hit⁹ & status ipius corpis.

Victruuius architectus.vi.sed ex celo roscidus aer in corpora fun/dens humorē efficit āpliores corporaturas. uocisq; sonitus grauiores de his ergo morbis sparsim dicemus. horum duplex est rō nā qdā partem dūtaxat: quidam uero totam corparurā afficiunt. sed non oēs referre in aio est: quos āt dicem⁹ sunt carbūculus: furunculus: clauus: panus: & panicula: elephantiasis: Lichena: īpetigo: lētigo: uerruca: neuus: allopetia: aq̄ intercus: morbus regius: morbus ar/cuatus: resolutio neruorum: lepra: phanaticus error: phagedine: uari: hictericus: cancer: sacer ignis hemitrite⁹: & alii plures: sed nūc de his. carbunculus est quædam suppuratio sic appellata ob similitudinē carbonis: Carbo āt dicit̃ ignitus & extinct⁹: Pli.xviii.naturalis historiæ: & cum cinis ī foco cōcrescit.& cum carbo uæhemē/ter plucet.de ignito ītellexit psius. Illa prius creta mox hec carbo/ne notasti.p nigro & extincto. Morb⁹ igit̃ utraq; rōne dicit̃: ardorē.n.habet & nigredinē.iō græce antrax appellat̃.i.carbo. pp hāc igit̃ rōnem carbunculus morbus dicit̃: & utrāq; gerit significationem: nā pro ignito carbunculo in Cicerone legimus. pmetheus q carbunculos mortalibus corrogaret carbunculos p ignitis: & non modo aīalia. sed sata quoq; & arbores infestat. Pli.xviii.pleriq; di/xere rorem inustum sole rubiginis cām esse & carbunculi uitibus sumit̃ aliqn̄ p terra ubi tessellæ lapideæ & nigræ repiunt̃. Rutili⁹ palladius in Ianuario mēse. Carbunculus nisi stercoret̃ macras uineas reddit. Pli.xvi.naturalis historiæ maxieq; sabulū hūidū: aut carbunculū: aut topaceā formā: alias p lapide pcioso. Idē.xxxvii. pricipatū hn̄t carbūculi a similitudie igniū appellati: cū ipsi nō sentiāt ignes. & ob id a qbusdā apirastæ noīati. furūcul⁹ a fure dimiutiuū ē. Is.n.morbus extrēa q̄dā occupat: ibiq; q̄si furti nascit̃. Idē. xix. Lic⁹ Neapolitan⁹ cōtra cātaritas bibēdū dedit pāos: furuncu/los incipientes durities oēs uel cocto uel crudo illini utiliter putat. Clau⁹ furūculi spēs sed ppetu⁹ fer̄. nā hic quoq; extrēitates aggredit̃: sic appellat⁹: qa ita pungit: ut q̄si clau⁹ ferre⁹ infix⁹ uideat̃. nā caro durescit ī callū semp fere pūgētē: & hic uidet̃ poetarum hostis. nā ætate nr̄a Anum epm qnq; ecclesiarum: uirorum summæ doctrinæ: rebus gestis clarorum: ac poetā illustrē: q nup elegātissimo stilo panagiri/cum de uita guarini ueronēsis heroico carmine cecinit: maxie infestat. ī digito.n.pedis locat⁹ nō patit̃ tactū calcei: & sili⁹ italic⁹ hui⁹ quoq; cā a uita recessit. de quo Pli.iunior ī.iii.epistolarum. Mō nun/tiatus est sili⁹ Italicus media finiuisse uitā. cā mortis ualitudo: erat

Morborum nomina

Carbunculus

Carbo

Antrax

Aripastæ

Furunculus

Clauus

Mors silii italici

illi natus insanabilis clau⁹: cui⁹ tædio ad mortē ireuocabili cōstātia decucurrit Pli.xix.clauis pedum illini itē lienis & tēpoꝝ doloribꝰ: panus cuius dimiutiuum paniculā dicit Priscian⁹: ē tumor i inguinibus maxime: sed alia quoqꝫ mēbra infestat: dicit' āt panus a formæ similitudie ut ait noni⁹: Pli. parotidas panos sanat. sed parotis nū/cupat' tumor iuxta aures remanens pleꝝqꝫ ex febre. hic āt adiectiuum est elephātiasis. ab elephāto dcā pp similitudinem cutis: cuius meminit Pli.xxvi. nālis historiæ. elephātiasis nō fuit ī italia āte. C. N. Pōpei tpa: incipit a facie p totū corpus maculosum uariis colo/ribus inæq̄li cute: alibi crassa: alibi tenui: alibi dura. alibi ceu scabie aspera: ad postremum nigrescēs: & ad ossa carnē apprimēs. ītumescentibus digitis: in māibus & pedibus. Sed corpus ut ait corneli⁹. iii. libro: in elephātiasi emacrescit. huius tedio uidet' interiisse Fest⁹ de quo. M.i. epigrāmaton. īdignas p̄meret pestis cū rabida fauces. inqꝫ ipos uultus serperet atra lues Siccis ipse genis flentes hortat⁹ amicos decreuit stigios festus adire lacus. Lichena q̄ latini menta/grā appellāt qm̄ a mēto incipit. ē morbus: faciē: collum: pectus: manusqꝫ: fœdo quodā furfure occupās. hāc qdā iuniores falso putauerunt esse ipetiginē. Nam ipetigo ē quædam cutis fœdatio serpens cum pruritu q̄propter qdā minus idonei serpiginem nuncuparūt. & qa uolare. i. celeriter crescere uidet': uolaticā scabiē uulgo appellant. sed ipetigo ab ipetu nomē sumpsit: subito. n. uēit. Q. seren⁹. Si uero uitium est quod ducit ab impete nomen. hoc matutina po/teris prohibere saliua. lentigo a lente legumento dicitur. est enim macula subrufa. & interdum nigra faciem corpusqꝫ occupās Pli.xix. Cum de atriplice loquitur. ac nisi mutata sæpe aqua coquendum stomacho contrarium esse lentigines. & papulas gigneꝛ. Idem.xx. cum sepo uitulino uel melle sugillatis illinitur. cum melle: & uua passa & aceto lentigini nigræ. Allopetia per se nota. Est. n. depila/tio ad similitudinē uulpis: unde & ipse morbus dicit'. αλλώπηξ enī uulpes græce dicit'. Verruca est carūcula nascens sine pruritu & in corpore eminēs: & eius sanguis alias quoqꝫ facit suo cōtactu: & fabius maximus cognomiatus uerrucca: quoniā hoc erat malo turpatus. Vnde. Q. seren⁹. interdum existit turpi uerruca papilla: hinc quondā fabio ueꝝ cognomē adhæsit: q solus p̄riæ cūctādo restituit rē. A uerruca uerrucosus: uerrucis quasi tuberculis plenus. psius sunt quos pacunius & uerrucosa morat' ātiopa. & antiq locū editum uerrucā uocauere: Neuus est carūcula ēt eminens paululū

Panus
Panicula
Parotis
Elephantiasis
Lichena
Mentagra
Impetigo
Serpigo
Volatica scabies
Lentigo
Allopetia
Verruca
Verrucosus
Neuus

in quo sæpe sunt pili.& naturalis est:nā cum hoīe nascit̃:& pleꝶq̄ subcrescit:nec indiget medicaméto:nec re uera morbus ē.Hora.i. sermonum. egregio isperſos reprendas corpore neuos: aquā inter cutē siue subter cutē: latine dicunt: græce uero hidropē. Hora.in carmine lyrico:crescit īdulgēs sibi dirus hidrops:nec siti pellit:nisi cā morbi:fugerit uēis & aquosus albo corpe lāgor. hunc morbum aliqñ expulsum narrat.Pli.vii.naturalis historiæ. sic Iulium uiato rē eqtem romanum:e uocontioꝶ gēte fœderata pupillaribus ānis aquā subter cutē fuisse morbo ꝓhibitum humoř a medicis naturā fecisse cōsuetudine:atq̄ in senecta caruisse potu.Sed hidropis tres spēs a medicis & a plinio & cornelio ponunt̃:asclitis ex hūore:tim panitis: qa corpus ut timpanum: hisposarca cum caro subscrescit corpusq̄ tumefacit:sed hidropicū caro: ut ait festus: ueternosum appellauit in sermōe:ubi dicit ueternosus q̄ plurimum bibit: & ad hunc sensum loqtur Hor.funesto nolis corp⁹ arcere ueterno. Sed alii & maxīe.Virgi.ueternum aggrauantē somnum appellāt: ut ē ī Georgicis:nec torpe graui passus sua regna ueterno & hic ueter/ nosos somno graui oppssos nuncupam⁹.q̄ nō sine rōe ē.nā humor & hidropē facit & somniculosum.& hui⁹ rei nō ignar⁹poeta dixit: & iā nox humida celo præcipitat suadētq̄ cadētia sidera somnos. Dormitio ē inimica neruis:q cum de natura sui sint sicci:facile ni/ mia humiditate læduntˊ: Vñ fit ut somniculosi & ebrii uix possint pedibus cōsistere.neruis tanq̄ corporis cathenis nimia humiditate solutis. Veternosum ergo cato hidropicum noiando: ad cām respe xit cōem: humiditas.n.utrūq̄ uitiat.Hinc illi sales publii siri: q de hidropico in sole iacente dixit:aquā calefacit. Sed regium morbū: de quo Hora.in arte poetica. Aut mala quem scabies. aut morbus regius urget. Antiq arcuatum quoq̄ a colore arc⁹ celestis dicunt. de quo arcu poeta inqt:mille trahit uarios aduerso sole colores.sed quare regium dixerint: audiatur cornelius celsus in.iii.libro.Cum de regio siue arcuato est sermo.Color āt eum morbum detegit ma/ xime oculoꝶ in qbus q̄ album esse debet:fit luteum.soletq̄ accide re sitis.& dolor facilis.& frequens singult⁹. & præcordioꝶ dextra parte durities. Idem in eodem per omne uero tempus utendum est exercitatione.frictione.si hyems ē balneo. si æstas frigidis natatio nibus.lecto etiam & conclaui cultiore lusui.quo ludis lasciuia: per que mens exhilaratur.ob que morbus regius dictus uidetˊ.Arcua/ tus igitˊ a colore:regius uero pp curam qua indiget dictus est: ut ex

Hidropis
Asclitis
Timpanitis
Hisposarca
Veternosus
Veternum
Verg. locus
Somnus
Regius morbus
Arcuatus morbus
Arcuatus unde

sermone Cornelii deprendim⁹. Est & resolutio neruorum quam græci paralisim uocant. de hac Tertulianus in apologetico: cum de christo loquitur. Cum ille uerbo demonia excuteret: leprosos mundaret: paliticos restringeret: mortuos deniq; uerbo redderet uitæ. Restrictus ergo resoluto contrarius est. Lepra duplex est: & illa quæ non nisi auxilio diuino curat' oibus fere nota q̄ malā scabiē. Hora. i arte poetica noiauit. Aut mala quem scabies. aut morbus regius urget: & alia quæ minus lædit & curabilis est Pli. xxiii. lachryma uitium ueluti gēma. lepras & lichenas: & psoras nitro ante preparatas sanat: Phanaticus āt is appellat': cui multæ uanæ apparitiones sunt: & hi imaginibus qbusdā nō mente fallunt': q̄les insanientē Aiacē uel horestē pcepisse poetæ ferunt: sapiebant qdē. sed oculi obuersabant' falsæ imagines. & uanæ apparitiones. iō hunc morbum errorem uocauit Hora. in arte poetica. aut phanaticus error. & iracundia diana. de his igit' ita uexatis. Sic loqtur Corneli⁹ celsus. iii. Si imagines fallunt. ante oia uidendum est tristes an hilares sint in tristitia nigrum ueratrum deiectionis cā. in hilaritate album ad uomitū excitandum dari debet. phagedinas medici uocant q̄dā ulcera quæ ita carnē corrodunt ut comedere uideant'. phagin. n. græce comedere est. Pli. xx. naturalis historiæ Vlcera quæ phagedinas uocant folia & radix recens cum melle sanant. Vari dnr a qbusdam iunioribus uarioli. sunt pustulæ cum febre nascentes pueros maxie infestantes. licet & grandes natu plerūq; occupent Pli. xxiii. naturalis historiæ Contra serpentium ictus trita dragmis duab⁹ bibit'. uitia cutis in facie. uarrosq; & lentigines & suillata emendat & cicatrices. Ictericus morbus & hō morbosus dicit' a colore. Est. n. icteris græce latine ficedula auis. quæ ē crocei coloris. qdam putauerunt icteritiam esse arcuatum morbum. q nō oio uerum est. nam recte dici pōt esse arcuati spēm pp colorē: cum cā & cura huius sint longæ diuersæ. hic. n. morbus piculosus ē præsertim si p. vii. dies febrē antecedit. Vnde Hipocrates in aphorismis. Iteritia quæ in febrib⁹ acutis ante septē dies apparuerit: timorē ptēdit. quæ post septimum salutem. nā ita in eodem libro hipocrates qbuscūq; in febribus septima aut nona. aut decima. aut quartadecima Iteritia supuenerit bonum. si non dextrum hippo cōdrium durum fiat si uero nō. nō bonum. Cā autē huius morbi est ictus morsusue uenenosorum aialium. potio ueneni Cōsuetudo cibi potusue calidi sanguinē incēdentis: biblio fumq; facientis in febribus igit' acutis morbus iste salutē nuntiat.

Paralisis resolutio neruorum

Restrictus

Lepra

Phanatic⁹

Phagedies

Vari

Variali

Ictericus

Icteris

Ictericia

nisi uenerit ãte septimum diẽ. Nã si ante septimum uẽit appitio sui nõ ẽ ex naturali actiõe sed poti⁹ ex morbo acumine & uehemẽtia. Vñ fit ut hui⁹ morbi sal⁹ aut despatio nõ nisi a pito medico iudicet̃ & iõ Iuuenalis: cõsulit ictericæ lento de funere matris. nõ. n. qs ob seruauit numeꝝ dieꝝ. nã ante septimã pnitiosum dñt: post uero sa lutiferꝝ. nã ut dixim⁹: si septima: nona: aut q̃rtadecima supuenerit morbus iste bonum esse. Cancer dicit̃ a similitudine animalis: mul tas. n. radices agit de quo Oui. utq; malum late solet immedicabile cãcer serpere: & illesas uitiatis addere ptes: & hippocrates in apho rismis: qbuscũq; cancri abscõditi fiunt: nõ ut curare melius ẽ. Cu rati. n. citius pereunt: nõ curati longo tpe ꝓficiunt: huius spẽs est cancrena: quæ ut ait Pli. sanari potest: nam & carcinoma a cancro etiã deriuatur: q græce carcinus dicit̃ Lucanus. xix. & idẽ ꝙ carci/ nus ardens humidus Agoceros. ẽ ãt carcinoma uomica plures ha bens cauernas saniẽ eiectãtes Pli. xx. naturalis historiæ aqua quo q; eius decocta neruos articulosq; mire iuuari: si foueãtur ulcera: & recentia: & uetera carcinomata: quæ nullis aliis medicamentis sanari possunt. Sed ꝙ Suetonius in libro. ii. de duodecim cesarib⁹ scribit: agrippã nepotẽ & duas iulias: hoc est filiam & neptẽ nõ ali ter ab augusto appellatos: quam tres uomicas ac tria carcinomata sua: a quadã similitudine huius fœdi & incurabilis morbi dictum cognoscimus. Sacer ignis sunt pustulæ ad similitudinẽ uaroꝝ cele riter corpus corripiẽtes. dicitur autẽ ignis. qa corrodit. & cõsumit. & sacer qa execrabilis Virgi. Auri sacra fames. L. columella. viii. est & insanabilis sacer ignis. quã pustulã uocant pastores ea nisi cõ pescit̃ intra primã pecudẽ. quæ tali morbo correpta est: uniuersum gregem cõtagione prosternit: siquidẽ nec medicamentoꝝ nec fer ri remedia patitur. nam pene ad oẽm tactum excãdescit. Idem ĩ eo dem. ut uiuã pecudem quæ fuerit pustulosa resupinam obruamus Plinius. xxiii. sistit reumatismos earum partium & mulierum mẽ ses. panos discutit nõdum exulceratos. & anginas & sacros ignes cum cæra. Virgi. iii. georgicon. Verum etiam inuisos si quis tenta rat amictus ardentes papulæ. atq; immundus olentia sudor mem bra sequebatur. nec longo deinde moranti Tempore contactos artus sacer ignis edebat. Hemitriteus ẽ species tertianæ: sic dict⁹. quia tertio die reuertitur. Sed ex quadraginta & octo horis quæ duos dies integros faciunt, fere triginta & sex occupat per acces/ sionẽ: iterdum uero uel minus uel plus nec ex tota remissione desi

Cancer
Cancrena
Carcinoma
Carcinus
Iuliæ duæ
Sacer ignis
Pustula
Hemitrite⁹

ſtit.ut ait Cornelius: quieſcit ergo æger.xii. fere horis.quod eſt dimi/
dium diei.unde hemitriteum dictum putant: quidam uero iunio/
res hemitriteum ex duabus febribus compoſitum putant. quod ſi
ita eſt.duæ quidem acceſſiones uehementes.& illa quæ die quietis
accidit remiſſior. faciunt hoc nomē.ut tertia illa inter tres ſit fere
acceſſio dimidiata. uel in medio poſita de hoc Mart. uri tongilius
mnle dicitur hemitriteo. Sed inter omnes febres hemitriteus quo
que grauis & periculoſus eſt. Nam tertio die reuertitur & parum qe
tis habet quandoquidem ex illis diebus quos acceſſiones occupāt:
nō niſi.xii.horarum ſpatium datur quieti. & in hoc ſenſu apud anti
quos capitur. Nam in illa duplicis febris ſignificatione non memi
ni me legiſſe apud idoneos. hæc autem morborum genera attigi/
mus quæ ſparſim omne corpus infeſtāt non enī ſunt morbi alicuius
membri peculiares ſed promiſcue omnibus membris accidentes.
De quibus cum ſatis dixerimus: ſpatium & magnitudo libri admo
net ut perfecto exteriore homine ab interiorem ueniamus ubi per
multa cognitu digna noſcentur. ſed relatu turpia in quibus ueniā
peteremus non.n.quæ natura celauit ſine rubore propalari poſſe
uidentur. niſi eccleſia nos moneret urgente ſinceritate hiſtoriæ.
poſſe quoque dictu obſcena: & relatu fœda: etiam in medium homi
num afferri: nam ipſa quoque decantat. Omne maſculinum appe/
riens uuluam & in medio templo inter ſacrificandum in cōſpectu
uirginum & matronarum in cætu ſanctiſſimorum hominum & præ
putium: & alia quoque quæ dictu turpiam iudicātur dicere non eru
beſcit. nam quid afferamus illa: quæ in canticis canticorum chri/
ſtianorum ſanctitas ſemper dicere ſine ullo honeſtatis uelamento
non ueretur: ex quibus illud eſt leua eius ſub capite meo & dextera
illius amplexabitur me. & illud quoque dilectus meus mihi miſit ma
num ſuam per foramen: & uenter meus intremuit ad tactum eius
& alia plura ex quibus audatiam ſumpſimus omnia etiam in con/
ſpectu grauiſſimorum hominum qualiacunque fuerint: quæ ad ho/
minem ſpectant: latine hoc eſt ſine aliquo uelamēto ſcribere: ſicut
in ſuperioribus fecimus.

Galeotti Martii Narnienſis De homine primus explicat.

GALEOTTI MARTII NARNIENSIS DE HOMINE LIBER SECVNDVS INCHOAT.

EXteriorem hominem libro ſuperiori. R. Pater ſatis ſuperq́ꝫ deſcripſimus: ſecundum animi noſtri propoſitum. nunc id aggrediemur: quod in pollicitis fuerat: nam de iteriore loquemur eo ordine: quo ab initio cæpimus: a capite enim cum exteriora narrauim⁹ nobis fuit initium: & iam cum de iterioribus ratiocinabimur: ab his quæ in capite ſunt ſumemus exordium.

Calua · Cerebrum

CAlua cõtinet cerebrum: quod in tres partes diſtiguitur. nec illud Lactantii nos moueat: quod in libro de opificio ait his uerbis: quia cerebrum in quo ſentiendi ratio eſt: quãuis ſit unum: tamen in duas partes membrana intercurrente: diſcretum ē: de ea locutus eſt cerebri diſtinctione quæ diuerſa iudicatur: nam pars cerebri poſterior: quã occipitium cõtinet: ſiccior: duriorq́ꝫ reliquo cerebro eſt. ideoq́ꝫ quaſi alterius formæ a Lactantio prætermittit̃. Partes anteriores mẽbrana quadã ueſtitæ: in medio habet cauernulas quaſdam: quas ut inquit Macrobi⁹: uẽtres cerebri noſtra uocauit antiquitas. & ĩ harum cauernaꝝ angulis: ut tradũt phiſici: cõcipiuntur uiſa animi: ſic enim græci phãtaſias uocant: illic imaginatio: illicq́ꝫ memoria eſſe perhibetur: licet quidã aliter ſentiat. Membrana qua cerebrum ueſtit̃ ſenſum habet: Cerebrũ uero uim ſentiendi nullã continet. hãc membranã partes ueſtientẽ: & illã quæ totũ inuoluit cerebrum: uocãt omẽtum. unde Macrobi⁹: & cerebrũ quod tactu ſui hoĩem uel torquet: uel frequẽter interimit: non ſuo ſenſu: ſed ueſtitus ſui: ideſt omẽti: hunc importat dolorẽ. Sed omentum ē generale uocabulum ad oẽs membranas iteriora tegentes. Perſius. cum tibi tot iunicum iflamãs omẽta liq́ſcunt: ut lati⁹ dicemus inferius. Sed nulli animantium tantum cerebri natura cõtribuit: habita tamen ratiõe corporaturæ: ſicut homini. hoc cum palpitat uiuacitatem igenii indicat. Nam de Zoroaſte legim⁹: q̃ artes magicas repit primus eo die quo genitus ē riſiſſe: & eius cerebrum ita palpitaſſe: ut impoſitã repelleret manum: futuræ: ut ait Plini⁹: præſagio ſcientiæ. Cerebri & uitia: & morbi ſunt. uitio cerebri

Ventres cerebri. · Omentum · Zoroaſtes artes magicas reperit

Cerebrosus cerebrosos fieri nemo ignorat. Est autē cerebrosus duræ & ptinacis & stultæ ac puersæ cupiditatis: tā ad hominem: q̄ ad bruta pertinens. Horatius primo sermonū: donec cerebrosus psilit unus. L. Columella secūdo: quod eo tēpore satū pecori sit noxiū: & pcipue bob9 quos pabulo suo cerebrosos reddit. hæc q̄ ī usus desinūt nimietatē ac uiciositatē dicūt: ut demōstrat morosus. Sed: ut dixim9: ī cerebró memoria ē: q̄ ē sapiētiæ mater. ex ea enim genitas musas poetæ summa ratione finxerunt: unde rectissime Afrāni9 de gignēda cōparandaq; sapientia opinatus est: nā eā usus & memoriæ filiā dixit in uersib9: ab Agellio allegatis. usus me genuit: pepit memoria: Sophiā uocāt me grai: uos sapientiā. Ex cerebro mala sunt plurima: & periculosissima: hóc ē apoplexia: & epilepsia: q̄ ī eodē loco sed nō hisdē fiūt causis: nā utrunq; gignit' cū uētres cerebri fumosis: crassisq; humorib9 opplentur: sed causa diuersa: uariaq; signa. Apoplexia siqdē: quā latini attonitionē uocāt: omnem uim: omnesq; corporis & animæ sensus ac motus: uno momēto recidit. nullis tamē hui9 mali pcedētibus signis. cū causæ diuersæ sint. Corneli9 celsus. iiii. Attonitos raro uidem9: quo⁊ & corpus & mēs stupet: fit iterdū ictu fulminis: interdū morbo. Apoplexiā hūc morbū græci appellāt. Epilepsiam quā ī isdem cerebri locis fieri dixim9: ex fumosis crassisq; & uitiatis humoribus. precedūt capitis aggrauatio: uertigo oculo⁊: & corporis motus nō uolūtarii. Attonitio nō nisi fortuita est. hæc autē certo & statuto tpe redit: & quæ accidit cum luna augetur lumine: insinuat sui materiam humidam: ut testatur Galenus. humida nāq; crescente luna accipiūt incrementū: q̄ uero lumine lunæ deficiēte cōtingit: sicciorē qdē sed frigidiorē sui substantiā esse eodē autore didicim9. Epilepsia græce: latīe uero morb9 comicialis: q adeo detestabilis apud antiquos fuit: ut p eū comitia soluerent': Piaculū eni erat habere comitia uiso epileptico: sic eni ait. Q. Seren9 Est subiti species morbi: cui nomē ab illo est: Q̄d fieri nobis suffragia iusta recusat: Sæpe etenim mēbris atro langore caducis: cōciliū populi Labes horrēda diremit. & apud ueteres moris erat ī morbū comitialem spuere. Plaut9 ī captiuis: & illhic q sputatur morbus interdū uenit: proinde tu ab istoc procul recedas. & paulopost idē ait: & seū morbū mihi eē: ut q me op9 sit īsputarier neuerere: multos iste morbus hoīes macerat: quibus insputari saluti fuit: atq; his profuit. Pli. ix. naturalis historiæ. quāob causam: eas damnauere mensæ: simulq; pp comitialem morbū despui suetū: q̄

Quæ In os9 quid significent.

Apoplexia
Epilepsia

Apoplexia latine Attonitio

Attonitio

Epilepsia latine Morbus comitialis

gulæ bouis: & duæ illę partes pulmonis: fibræ uocantur. sicuti in omnib⁹ uisceribus: nam cordis & iecoris fibræ dictæ sunt: in quas iecur ipsum diuiditur. Virg. vi. nec fibris requies datur ulla renatis. & pulmonis fibras dici: testatur Corn. his uerbis: a tergo spinæ ipsi iunctus: in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur: hoc igitur pulmone respiramus. unde persius: quod pulmo animæ prælargus anhelet: attollitur enim in spiritum attrahendo: & emittendo de/primitur: hic est: quod qui superbiores sunt: ita ut grandescere cu/piant: spiritum continent & intumescunt: ideo tumidi dicuntur su perbi: habitu corporis ad animum translato. huius rei non ignar⁹ persius: dixit: an deceat pulmonem rumpere uentis. stemate quod tusco ramum millessime ducis. Ea enim superbiæ cōditio est: ut ho minę tumefaciat: ea quam diximus ratione. Vnde in sacris litteris: scientia inflat: idest talē & tātū uideri animo facit: qualē ac quātū corporis indicat inflatio. Sicut. n. corporature futili īcremēto: alios excellere cōcupiscit: ita uanitate animi pstare uanissim⁹ exoptat: q huiusmodi mores habet. & in hūc sensum locut⁹ uidet̃ Persius: neq̃. n. mihi cornea fibra est. ac si diceret intumescit plerumq̃ lau dis amore correpta. Dicuntur etiā pulmones numero pluratiuo: Plaut. in curculione renes dolent: pulmones distrahunt̃. licet Cice ro in. v. ad Herēnium. hæc itaq̃ anhelās ex imis pulmonibus: p cu ra spirit⁹ ducebatur: dici arbitret̃. p colorē intellectionē. cū de uno dūtaxat pulmone intelligat̃. Ego uero sic dici a plauto & aliis arbi tror: quia in duas ut diximus. fibxas resoluitur. In pulmone fiunt plerumq̃ suppuratiões. nā tā a capite q̃ a multis corporis partib⁹: ad hūc humores defluāt: ipsumq̃ exulcerāt: & hic nascitur tabes: sic enī uocatur latine: quā græci teste Corn. ptisim nomināt. Iuue/nalis: & ptisis & uomice putres. Ex hoc igitur quia pulmo tabescit: frequens tussis: & sanguinis screatus: qui si in ignem iacitur: mali odoris est qui igitur de hoc dubitant morbo: hac nota utuntur. sed quo pacto hoc malo homines contabescant: clare ostendit Oui/dius: Cernis ut e molli sanguis pulmone remissus: ad stigias certo li mite ducat aquas: est enī incurabilis morbus. Tabes pulmonis por tionē uitiatā indicat: cum totus uero pulmo afficit̃ alius est morb⁹ quē græci περὶ πλεύματικον uocant. nostri uero pulmonariā & tam de animante quam de morbo dicunt. L. Colum. viii. Ouem pulmonariā: & suem curare cōuenit. & medici quādam herbā pul monariā nūcupant foliis mollibus albo maculatis: ob hui⁹ similitu

Fibræ

Suberbi q̃re tumidi dicā tur

Persii locus

Supbiæ con ditio

Locus psii

Pulmones nūo plurali.

Plauti locus

Suppuratio nes aliqñ in pulmone

Ptisis

Pulmona/ria

Pulmona/ria herba.

Suspirium unde fiat
Suspiriosus
Asmaticus
Cor aliis aīa- lib⁹ i medio pectore in hoīe uero in fra leuā ma millam
Hominis ætas.
Mucro cor- dis
Ventres cor dis
Præcordia
Sedes hilari tatis in præ cordiis
Per.lo.
Iuuenalis Locus.

dinē: cū pulmo uitiatus est: ex pulmone fiūt suspiria: quæ ēt suspi- ratus dicuntur Ouidius: & suspiratibus haustis: Suspirare.n.ma- nifestæ significationis est. & unde fiat nemo fere ignorat. nā quæ mente concipiuntur retento spiritu: hominem inflant. & si uerbo nō exprimūtur: necessitate urgente hoīem rumperēt nisi in uentū mētis concepta exhalent: ex quo homines sic affecti: onere quodā leuātur. cōceptā.n.rem in uentū effluūt. Sed a suspirio suspiriosus deriuat̃. is.n.dicitur cui uitiosa est respiratio. quem græci Asmati cum uocāt: in eo enim difficultas spirandi est. Plin. xx. nat. hist. Su spiriosis coctum aliq: & crudum ī lacte dederunt. Cor cæteris ani- mātibus: in medio pectore: homini uero est infra leuā mamillam. quod quidem in homine sicut prius formatur: ita nouissime mori tur. tradūt etiā ueteres id in homine usq; ad quinquagesimum an num crescere duabus dragmis ī annos singulos: & post quinquagē simum ab eo tātundem detrahi: & hominē ultra centesimū annū non uiuere: defectu cordis. & ut tradidere ægiptii. sed cum quidam centesimum annū excessisse legantur: astrorum ratiōi id tribuit̃: cordis radices dictæ sunt: ubi latius est: & alligat̃. ubiquoq; fibras habet. Inferior uero pars ubi acuminat̃: mucro cordis appellat̃. si cordis igitur radix uergit ad dextram: ꝓpter caliditatē dextra utē tem facit: si ad sinistrā sinistrum: si uero æquo' pendet libramento æqmanum facit. & in ipso corde cauernulæ sicuti ī cerebro: uētres quoq; appellant̃. est & mēbrana: q̄ latini quia cordi prætenditur: præcordia numero pluratiuo: genere neutro: dixerunt. licet hæc membrana apud ueteres: aliquando pro membris interioribus re- periat̃. Ouid. primo meth. mollia cingunt̃ tenui præcordia libro. Interdum pro ore stomachi: sic.n.fit: qa ex loco uicino sumit̃ deno minatio. sed præcordia græci phigenas uocant. hæc.n. ut diximus cordi prætenduntur. & omnia uitia principaliora membranis pro priis: ac uelut uaginis inclusit prouidens natura. In præcordiis est sedes hilaritatis. Nam legitur: traiecta præcordia morientibus gla diatoribus: cum risu mortem attulisse. Cuius rei non ignarus Per sius: præcordiorum tactum cum risu esse: satyrico more monstra- uit in eo loco: Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico tangit: & admissus circū præcordia ludit. & horum frigiditas hebetiorem fa cit: Vnde poeta in georgicis. Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. Et Iuue. ibi quoq; uim ingenii esse satis clare ostendit: q̄ leua in parte mamillæ: nil salit arcadico iuueni. ibi.n. cordis domi-

cilium esse narrauimus. sed hæc frigiditas quæ hebetē facit: tunc maxime apparet: cum uenæ non saliunt. Salire. n. ignei caloris est. Vnde prouidens natura præcordiorum materiam: tenui mēbrana cō posuit. ne anim⁹: cui⁹ sedes ī corde est: crassitudine obfuscaret: Nā ut ait Plini. huic certe refertur subtilitas mentis: in qua re aliquā tisper imorādū est: pp Seruii & Lau. Vall. mendosam opinionē: pu tantium animū & mētē idē esse: cum sint longe diuersa: & multi ī hūc errorē lapsi sunt: qa mens & anim⁹ in eodē loco: ideſt in corde cōsistūt. Quæ ratio admodū puerilis est. nō. n. omentū cerebri: & eiusdē uētriculos idē uere dixeri: qa ī eodē loco: hoc ē cerebro sunt. aliud enim omētū & aliud cerebri uētricul⁹ est: & sic de mēte & ani mo dicendum est. esse aūt diuersa: poeta ostendit in. i. ænei. Accipit in Teucros animum: mentemq; benignam. & in. vi. cui mentē ani mūq; Delius inspirat uates. & Terētius. mala mēs: malus anim⁹. pro diuersis igit' apud istos lingue latine obseruātissimos autores mens & animus ponunt'. quomō aūt differāt: iam declarabim⁹. Est igit' mens ipsius cogitatiōis & cōsilii subtilitas q̄dam certæ ratiōi cōsentanea: ideo demētes & amētes dicim⁹ nullo recto cōsilio uten tes. Aīus uero est uitæ & uoluntatis fundamētū. & hinc exanimes & exanimati dr̄. Plau. ī cistellaria: exanimor: feror: distrahor: diri pior: ita nullā mētē aī hēo. & ubi sum: ibi nō sum: ubi non sum: ibi anim⁹ est. idē in epidico: pauor territat mētē animi. neq; ubi meas collocem spes. recte igit' poeta dixit: qua facere id possis nostrā nūc accipe mentē: Nā si animum dixisset: uolūtatem qdem suā indicas set. sed nō cum stabilitate cōsilii. Aliud enim ē dicere: ita in animo meo est. & ita in cōsilio est. Consilium eni rectum est. cum animus plerūq; fluctuando fallatur. & sine ratione cōcupiscat: & sæpe ani mus est: ubi mens nō est. sicuti clarissime ostendit poeta in. ii. ænei dos. sic enim æneas apud eum loqtur: Arma amēs capio: nec sat ra tionis in armis: Sed glomerare manū bello & cōcurrere in arcē: cū sociis ardent animi: hoc postremū cupiditatis erat: potest. n. anim⁹ uelle ac nolle: nō absq; recta ratione: sed nō erat hoc cōsilii: nā re cta uelle & cū cōsilio: mentis est propriū. ideo subiunxit: furor ira q; mētem præcipitāt. acsi insinuare uoluerit: q erat superius pro positum: nec sat rationis in armis: nam si id cōsilio: & uera intelli gentia fecisset æneas: seipsum non uocasset amentē. Sed quid mul tis moror: nō ne omnes doctissimi & antiquissimi: animū ac mētē

Salire

Seruii & Laurentii Val. error.

Mēs & Animus differunt

Verg. lo.

Mens

Animus

Exanimis

Exaiatus

Verg. lo.

Consilium

Vergilii Locus.

senserũt esse diuersa: Lucretius.iiii.tenuis enim natura deum: lon
geq; remota: sensibus a nostris animi uix mente uidetur. Cicero in
quarto tusculanarum: humanus autẽ animus: decerptus est ex men/
te diuina. cũ alio nullo nisi cũ ipso deo: si hoc fas est dictu: cõparari
potest: hic igitur si est excultus: & si eius acies ita curata est ut nec
necetur erroribus: fit perfecta mens: idest absoluta ratio: quod est
idem uirtus. his uerbis Cicero manifestauit animum ac mentẽ dif
ferre: quãdoquidẽ animus priusquã efficiatur mens: idest ratio per
fecta: & rerum consilium: lõgo indiget laboris amfractu. Accedit
etiã ad hoc q quæ sunt uera dogmata: idest scriptura sacra: de se/
de quã in corde diximus: & significatione mẽtis: hoc quod narraui
mus sentit. Vnde illud dictum est: dispersit superbos mente cordis
sui. Nam cum animo erramus: ueniam uidemur mereri: quoniam
ipse cæcatur erroribus: sed cum mente delinquimus: idest certo
consilio: & uera scientia: tunc non est recursus ad ueniã. hic est il/
lud notum uerbum mentior. mẽtiri enim est ex mente idest cõsilio
facere. cum enĩ a ueritate discedimus uolentes: tunc mentiri dici/
mur. hoc est ex mente dicere. in malã partem acceperunt cum ho/
mo hoc facit. quoniam ad malum pronus: non recte: sed perperam
& gratia fallendi: quod mente concepit enunciat: cum mentiri sit
ex mente loqui. sed in deum non cadit hæc hominis perturbatio.
unde illud dictum in sacris uidetur: Si dauid mentiar: quod quidã
exponunt: si pro non. ut conditiõalis pro negatiua ponatur: quod
nusquam apud idoneos occurrit. magis. n. placet ut in deo aliud q̃
in homine uerbũ hoc a mente deriuatum: insinuet. nã & alia sunt
quæ in humanis malam gerunt significationẽ: & ad diuinitatem
relata ĩter bona locãtur: ut sunt læuus: ĩsan⁹: & furor. Nã intonuit
læuum: & ĩsanã uatẽ aspicies dixit poeta: & clau. Iã furor humãos
nr̃o de pectore sensus Expulit: & totũ spirãt p̃cordia phœbũ: & ut
unde digressi sum⁹ reuertamur: ne uideamur obliti qd de hac mente
senserit Aureli⁹ Aug. ix. de ci. de. ei⁹ uerba audiant. Ipsa igit mens
eorum. i. ps aĩ supior q̃ rõnales sunt: ĩ qua uirt⁹ & sapientia: si ulla eis
eẽt passionib⁹ turbulẽtis ĩferiorum aĩ ptium regẽdis. moderãdisq; do
minaret. supiorẽ igit ptẽ. hoc ẽ digniorẽ hic sanctiss. & doctiss. uir:
mẽtẽ appellauit: qua carere dicit spirit⁹ ĩmundos: de qb⁹ eo in loco
mẽtionẽ facit. Recte igit mẽs deo tribuit: qd asserit Tulli⁹ prio de
legib⁹: de deorum imortalium natura rõne: potestate mẽte: numine.
Idẽ in eodẽ. Multo ẽt magis parẽt huic cœlesti descriptiõi: mẽtiq;

Mentiri

Vergil. lo.

Men: scdm Augustinũ quid.

diuinæ. De aïo & mēte ſatis ſuperq;: ut arbitror: dcm̄ eſt. A corde: quod mētis ſedē eſſe aſſeruimꝰ: Cordatꝰ dr̄ ſapiēs. uñ illud. egregie cordatꝰ hō catꝰ hælius ſextus: hinc uecordes: diſcordes: cōcordes manifeſtæ ſignificationis: & recordari: ꝑeo qđ eſt meminiſſe. Reminiſci. n. a recordor differt: Nā Miniſci ex pria ipoſitiōe ſig. fingere: & formare: qđ ita eē: quæ ſunt ab eo cōpoſita demōſtrarunt: Nā cōminiſcor ab eo ē: uñ cōmētum ꝑ figmēto: ut apđ Ter. ē atq; illis cōmētum placet. Reminiſci igit̄: ē refingere. i. iteꝝ formare: & cōponere ꝗ lapſa erāt: q igit̄ reminiſcit̄: iteꝝ i mētē reuocat: ex qua re hō reddit̄ ſapiētior: & iō recordat̄: hoc eſt: teꝝ cordatꝰ fit. Reminiſci igit̄ priꝰ ē: & minus. Recordari āt ē poſteriꝰ & maiꝰ: & cordolium: ꝙ Plautinum eſt: tam notæ ſignificationis: & deriuationis: ut nulla egeat declaratione. unum nullo pacto omittendum reor: quæ ſunt pauidiora animalia: ut ſunt cerui: & lepores: maiora corda: quæ ſunt pauidiora minora habere: ꝙ etiam in homine cōtingit. ſed cum magno corde dicantur aliquando fortes: non ad magnitudinem uiſceris: ſed ad uirtutē: excellentiamq; refert̄: qua ēt rōne dictꝰ magnꝰ Alexāder: & magnꝰ Pōpeiꝰ: & magnā græciā exiguā ptē Italiæ pp eius ſublimitatē græcoꝝ ſapiētia nūcupauit.

Cordatus
Rēiniſcor & Recordor diffe.
Miniſci
Cōmētum
Reminiſci
Recordari
Cordolium
Pauidiora aialia corda maiora hñt.
Audaciora uero miora

COR in extis: quod admirabile ē: aliqñ nō reptum ē: ut Iulio cæſari accidit: nā quo die ueſte purpurea ꝓceſſit: & i ſella aurea ſedit: ſacrificanti bis i extis defuit. Vñ q̄ſtio magna de diuinatiōe potuerit ne ſine illo uiſcere hoſtia uiuer̄: an ad tēpꝰ amiſerit. ut ait Pli. Et hmōi auſpicia ſine corde & cum caput i iocinore nō erat: peſtifera uocitauit Romāoꝝ religio. Cor i hoïe ē ſupra q̄ enarrari p̄t caliditate cōſpicuū: uñ cōtiua idiget refrigeratiōe & humiditate ꝑpetua refrigerationem quidem affert pulmo: & humiditatem præcordia tribuunt. Nam in his tāquā in theca cordis natura locauit humorem: quo exſiccato: anhelitus: difficultas: uehemenſq; palpitatio: ſub leua mamilla fit. & hominem ſic affectum: cardiacum uocamꝰ Cardia. n. græce latine cor dicit̄. nā a cardiaco tremor & palpitatio cordis frequēter ē. & hoc nō mō ægrotis: ſed ſanis pleꝝq; accidit: huiꝰ morbi cā duplex ē: nimia præcordioꝝ ſiccitas: & ſupuacuꝰ humor circa finitimas cordis partes coadunatus. ſed in utraq; tam contraria cauſa ſemp fere ſitis accidit. Vnde non immerito Iuue. dixit: cardiaco nunq̄ cyathum miſſurus amico Pli. xxiii. nat. hiſt. cardiacorum morbo unicā ſpem eſſe in uino: certum eſt: ſed id dandum nō niſi in acceſſione cenſet. Accedit ēt ad hoc quod morbum

Cor in extis nō reptum
Cor i homīe calidiſſ.
Cardiacus
Cardia
Iuue. locus

cardiacum: iecur affectum: aut turbatio ai efficiunt. quod nulli mirum esse debet. qm uiscera sunt quadam cognatione religata. non eni alteR sine alterius detrimento uitiatur. & præsertim cor quod est totius structuræ cardo & fundamentum. huius autem cognationis inter uiscera non ignarus Plautus: capadocem lenonem in curculione ad loquendum introducit: renes dolēt: pulmones distrahuntur: cruciatur iecur: radices cordis pereunt: chriæ omnes dolent: quo sermone ostenditur: ruente corde: cætera labefactari. nihil enim i isto sermone periculosius: quam cum dicitur radices cordis pereunt. & ideo tāquā ad principaliorem partem respōdens: ad lenonem inquit. Tum te igitur morbus agitat epatarius: cardiaci doloris causam putans a iocinore nasci. Illud quoq3 non est præter eundum: cardiaco morbo aut ueneno peremptis cor cremari non posse teste Plini. A corde tristitia: gaudium: cogitationes: & sermo diis immortalibus acceptus. Corde enim numina flectunt. & optatorū euenta procedunt: unde nō iniuria: Ariadna apud Catullum in hunc sensum locuta est. Quæ quoniam uere nascuntur pectore ab imo: Vos nolite pati nostrum uanescere luctum: Sed qualis Theseus sola me mente relinquit. Tali mente deæ funestet seq3 suosq3. Has postq̄ mœsto profudit pectore uoces: Suplicium sæuis exposcens anxia factis. Annuit: inuito cælestum numine rector: & cordi est & quid cordis: tāquā notos sermones omittimus. cum de cordolio superius dixerimus. Plau. in penulo: ubi tibi erit cordolium: si quam ornatam melius forte aspexeris. huius autem significatio tam clara quam deriuatio est: dolorē enim cordis significat. Corculum autem ex ipsa diminutione cognoscitur. Ab hoc uiscere phrenesis est. phrenos enim mentes græci nuncupant: quaR sedem in corde p̄finiuimus. Sed de phrenesi: audiatur Corne. is. n. i. iiii. sic inquit. phrenesis uero cū demum est: cū cōtinua clementia esse incipit. nā æger quāuis sapiat. aduc tamē quasdā uarias imagies accipit. perfecta est: ubi mens illis imaginib9 addicta est. hinc est: quod mēte captos: inopes mētis dicim9. Ouid. de remedio amoris: Quis matrē nisi mētis inops i funere nati flere? uetet. inopē mētis: dixit: uero priuatū cōsilio. esse autē p?rfectā quoq3 phrenesim: satis declarat satyrus dicens: cū sit manifesta phrenesis. Sed quosdam corde hirsuto gigni: & hos fortes atq3 industrios esse: ēt tacētibus phisicis: per Aristomanem messenium cognoscim9: uirum summæ au

Cardiaco morbo seu ueneno pemto cor non potest cremari.

Cordolium

Corculum

Phrenesis

Phrenæ

Ouidii loc9

Qui corde hirsuto sunt feroces & fortes

Aristomāes mesenius

datiæ:magnæq́ industriæ:qui tercentos occidit lacedemonios.& ipse uulneratus:& captus:per cauernam euasit:iterum captus sopitis custodibus:ad ignem ut ait Plin.aduolutus lora excussit. Tertio hunc captū dissecuere lacedemonii:causa uidendi: & eius cor hirsutum repertum est.De corde hactenus:ad reliqua sermo uertatur.Iecur infra transuersum septum est.in parte dextra sub pcordiis:ab ipso trāsuerso incipiēs septo gibbū:ut ait Corn.ab exteriori parte:ab iteriori uero cōcauū:& uentriculo insidēs: in quatuor fibras diuiditur.Sic.n.uocantur cuiusq́ uisceris extrema fimbriata.ut dictum est.nā fibras cordis dici eas pinnas a dextra & sinistra circa latiorē partem pendentes:adeo notū ē: ut repetere sit quodā modo uitiū.Iecur connectitur cordi:per uenas quæ sanguinis alimenta iocinori præstant.& hæc eadē ab ipo iecore distribuuntur. in uenas:unde colorē accipit:habet.n.Iecur sanguinis cōcreti colorē.& in eo amoris est sedes:ut tradūt sapientes: quorum auctoritate cōmoti diuini uates:finxerē Titium illum qui Latonam de stupro appellauit:apud īferos:iocinore hoc est ea qua peccauerat parte:puniri.unde Virg.vi.æneidos. Nec non & Tition terræ omniparentis alumnum:cernere erat:per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.rostroq́ immanis uultur obunco immortale iecur tondens:fœcūdaq́ pœnis uiscera rimaturq́ epulis habitatq́ sub alto pectore:nec fibris requies datur ulla renatis. Terræ alumnū appellando:libidinosos non nisi terrena respicere: & huius per nouem iugera corpus porrigi fingendo: satis manifesta sententia amoris uitium late patere monstrauit.Fibrarum autē continua & immortalis uexatio:libidinis impatientiam recrudescere:ac renouari:certissima insinuatione declarat:huc accedit singularis: & alta poetarum scientia.renasci.n.aiunt iecoris fibras: quia in aliis uiscerib⁹: nō est cum putruerint:uis nascendi.iecur uero q̄uis tabidum rediuiua instauratione subcrescit. Iecur ap̄ ueteres:erat caput extoꝝ uolentes igitur aruspices: ex extis futura cognoscere: iocinoris partem hosti:partem uero ciui animo præfinibant.itaq́ in capite extorum:hoc est in iecore:duobus etiam capitibus constitutis:eorum alterū: huius: alterū uero alterius partis nuncupāt.postmodū uiscera prosecabāt.& hinc ꝓsecta dicta sunt.Luc.sexto:si pectora plēa sæpe dedi: & laui calido ꝓsecta cerebro.hoc igit̄ facto: alteri⁹ partē i alterā hui⁹ uel alteri⁹ ptis ꝑsagiebāt uictoriā:eratq́ momēti

Iecur

Fibræ cordis quæ

Vergilii.lo.

Iecur caput extoꝝ ap̄ ueteres

Prosecta

Mi℞ q᷑ ap/ parnit Sillæ ſacrificanti

maximi: ſi qd in extis appareret. Nã apud Laurentum ſacrificanti Syllæ in capite uitulini iecoris: ſimilitudo coronæ apparuit. quod uictoriam cum regno ſignificare admonuit Poſthumius aruſpex. Iuſſitq; ut ſolus Sylla extis illis ueſceretur. Eſt quoq; extorum co/ lo magnæ ſignificationis. Vnde Luca.i. Terruit ipſe color uatem nam pallida tetris uiſcera tincta notis: gelidoq; infecta cruore. plu rimus aſperſo uariabat ſanguine liuor. hoc fuit ad uniuerſi mali ſi gnificationem: imminebat enim cædes & ruina maxima toti popu lo romano: in eo autem quod poſtea iũgit: Quodq; nefas nullis ipu ne apparuit extis. Ecce uidet capiti fibrarum increſcere mollem. Alterius capitis pars ægra & marcida pendet. Pars micat & celeri uenas mouet improba pulſu. Pompeianorum cædem: Cæſariano rum uictoriam: indicabant exta. & in omnibus diuinatoriis arti/ bus: quæ apud ueteres plurimæ fuerunt: ut auguria ex auibus: ca/ ria a cara dicta inuentore: ut auſpicia ex aliis quoq; animalib⁹. ut a lupo: uulpe: ſerpente: & a quadrupedibus: quæ pedeſtria uocauit antiquitas: auſpicia quoq; auium: quæ Tireſias igniſpitia: quæ Amphiaraus repperit. & diuinationes per fibras quarum Tages: dicitur fuiſſe inuentor. Vnde Luc. & fibris ſit nulla fides: ſed con/ ditor artis: finxerit iſta tages. ſemper habẽt dubia quædam: & nõ nulla ita certa & indubitata: ut iam facta uideantur. Vnde poſthu mius aruſpex: de quo diximus: a fibris edoctus: ſe cuſtodiri iuſſit ſu biturus capitis pœnam: niſi Syllæ dictatori: omnia quæ in animo fuerant: proſpere eſſent euentura. Sed hæc omnia temporibus no ſtris abolita ſunt. partim auctoritate pontificum: partim negligen tia hominum. Olim uero optimi & ſapientiſſimi uiri: has artes ſe/ quebantur. imo ſenatus ipſe nihil agebat niſi auſpicio prius ſum/ pto. non igitur mirãdum Numam pompilium grauiſſimum & ſa/ pientiſſimum romano℞ regem: hidromantiam exercuiſſe. in aqua enim imagines deorum uidebat. & ab ipſis futura ſciebat. quod di uinationis genus a perſis repertum: etiam Pythagoras longo tem pore poſt Numã non ignorauit. ſed Numã finxit antiquitas pro/ pter hanc ſcientiam cum Egeria collocutum. Vñ ſatyrus. ĩ uallem Egeriæ deſcendimus. & poſtea. Hic ubi nocturnæ Numa conſti/ tuebat amicæ. his igitur omiſſis: ad rem noſtram redeamus. Iecur hoc ẽ extorum caput: cum deeſt: quid portendat: ſatis ſuperq;. M. Marcelli infœlix exitus declarauit. nam circa mortẽ cum Haniba le periit Iecur in extis defuit: dieq; ſequenti geminum repertum

Auguria ex auibus

Caria augu ria a cara in uentore

Igniſpicia

Hidromãtia a pſis repta

est.&.C.Marius:cum uticæ immolaret:in extis iecur non reperit: qp aut deorum uirtute:aut demonum solertia:fieri autumāt.maiores.n.nostri adiis superis fœlicitatem : ab inferis uero ifœlitia dari censebāt.Luc.i.neq; enim tibi summe litaui Iupiter hoc sacrum cæsiq; in uiscera tauri.Inferni uenerē dei:per quos malum fieri opinabantur.& hæc tristia ab antiquis piacularia dicebātur.licet piaculare quoq; auspicium:dictum sit:cum hostia:aut ab ara effugisset:aut percussa mugitum dedisset:aut in aliam partem corporis quam oporteret cecidisset,.sed iecur cuius diminutiuum iecusculum dicitur:a græcis epar.Vnde epatarius siue epatiarius dicitur: qui morbo laborat epatis Plautus in curculiōe:tum te igitur:morbus agitat epatarius.Fel in iecore est,non omnibus animātibus datum.nam equi:muli:asini:capræ:apri:camelli:delphini.ut ait Pli. non habent murium uero aliqui habent:sed paucis hominum nō est.quorum ut ait Plinius ualitudo firma:& uita longior.quidam uero putauere:equo fel esse non in iecore:sed in aluo:Ceruo uero in cauda aut intestinis est.& ideo tantam habēt amaritudinem ut a canibus non attingantur.Est autem Fel purgamentum sanguinis pessimum.cui tantum inest uiros:ut hominem totum decolorem reddat.& maxime oculos:ut in homine irato cernimus.quod more satyrico:Persi[9] exprimit.Nunc face supposita feruescit sanguis:& ira:Scitillāt oculi.Fel.n.iræ sedes est.ut tradunt phisici humor qui in folliculo fellis est:bilis uocatur:quæ pro sui conditione hominē.conuariat.Bilis enim atra quam græci Melācholiam uocant:facit insaniam.Plau.in amphi.delirat uxor:atra bili percita est.nulla res tam delirantes homines concinat cito.hanc autem solent medici:albo ueratro purgare.quod dicitur helleborus.& in hanc sententiam:locutus est Persius.Non est hic illias acci ebria ueratro:indicans Actii opus insanum.& Horatius in arte poetica de Insano intelligēs dixit.Si tribus anticiris caput insanabile nunquam Tonsori licino commisserit.ex anticira helleborus aduehebatur.sane sciendum:& hic helleborus.Virgilius.iii.georg.helleborosq; graues:& hoc helleborum dici.Plau.in pseudulo:heleborum hisce omnibus opus est.Sed bilis quam græci choleram uocant:de qua Horatius.Qui purgor bilem sub uerni temporis horam:nōmodo ad hunc humorem:sed ad mores refertur.nam animus sequitur corporis inclinationem.& imo Plinius.cum de felle fit mētio ait:huic & i mores crimē bilis noie.Persius:Turgessit qi

Tristia piacularia
Piaculare
Epatarius
Epatiarius
Iecur
Iecusculum
Fel
Quæ animalia felle carent
Fel
Sedes iræ
Bilis
Bilis atra
Melācholia
Album ueratrum aliter
Helleborū
Per.locus
Helebor[9] & Helleborū.
Bilis quæ cholera

trea bilis findor ut archadiæ pecuaria rudere dicas Mar.iiii.si forte bilem mouit hic tibi uersus. Iræ & leuitatis signum esse testantur bilem maiores nostri. intestinorum nomina plerumq; ad mores transferunt. ut de corde dictum est. nam pro uirtute & animi magnitudine ponitur. sic & fel: quia pessimus humor est: pro amaritudine animi plerumq; accipitur. & hinc quidam iuniores & imperiti putauerunt: fellatores dici: quia mali humoris uidentur cupidi. fellare. n. unde & fellator. Mar. Corue salutator q̄re fellator haberis? in caput intrauit mentula nulla tuum: est mētulam alterius lingere: ac ore excipere. Ausonius gallus: Deglubit: fellat: molitur p utrumq; foramen. Sed non a felle corporis purgamento descēdit: sed a felle animali. Felles enim animal nunc domesticum: mures capit. quam græci galin uocant. Tullius. i. de legibus idcirco qui canem & fellem ut deos colunt: eadem superstitione qua cæteræ gentes conflictantur. & Ouidius met. Felle soror phœbi. quam stultissime quidam iuniores ceruam putauerunt. cum id animal sit q nobiscum habitat. Pli. xi. nocturnorum animalium ueluti felium: in tenebris fulgent radiantq; oculi: ut contueri non sit. & capræ lupoq; splendent. Sed felles linguam habent asperam. & lābendo in rabiem uertuntur. idem in eodem: sed in gustatu linguæ uice carnosum aquatilibus palatum: leonibus ac pardis: omnibusq; generis eius: etiam fellibus imbricatæ asperitatis: ac limæ similis: attenuatq; lambendo cutem hominis: quæ causa etiam mansuefacta ubi ad uicinum sanguinem peruenerit saliua: inuitat ad rabiem. Ex his igitur Pli. uerbis: quis intelliget fellatorem a felle animali dici: ex eo quod illa lambendo cutem hominis attenuat: inuitaturq; ad rabiē. quod etiam fellatoribus cōuenit lambunt. n. & ad malos & peruersos appetitus impelluntur. & huius nominis hoc est fellis significatio: latissime patet. nam non modo quam catā nominant significat Mar. pānonicas nobis nunquā dedit umbria catas. sed ad alia se extendit: nam sicuti canum tanta est diuersitas ut plures uideantur species: canes tamen dicuntur omnes. sic fellium uarietas maxima: nam hæ nostræ quæ mures capiunt: sub hoc nomine cōphendunt & illæ quoq; quorꝫ pelles carissime in usum uestimētorꝫ repertæ sunt. & tā harꝫ q̄ illarum oculi in tenebris lucent: & gallinas anatesq; infestant. M. Varro. iii. rerum rusticarum: omnes parietes tectorio leuigantur: ne felles: alia neq; bestia introire possit ad nocendum. atq; septum totum grandibus maculis integitur ne

Marginal notes: Fellatores; Fellare; Felles; Cata

eo inolat aqla possit: neq; euolat anas. qdã tpe nro pciosiores felles sabellinas uocãt. qa in sabina felles erãt aut pilo molliori: aut fero ciori nã. nam ea cõditio ẽ agri sabini: ut tã hoies q̃ feras aliis pstan tiores gignat: Virg. ii. geor. ĩ laudẽ italiæ dixit: Hæc gen⁹ acre uiꝝ: marsos: pubẽq; sabellã. itẽq; illud dcm̃ est: dẽtesq; sabellic⁹ exacuit sus. & Hor. i. carm. Nãq; me silua lup⁹ ĩ sabina: Dũ meã cãto lalagẽ & ultrã. Terminũ curis uagor expeditus: fugit inermẽ. Q ualẽ por tẽtũ neq; militaris Daunia latis alit esculẽtis: Nec iube tellus gene rat leonũ arida nutrix. p quodã miraculo posuit. sed diu uagati su m⁹. ad rẽ igit̃ nrãm redeũdũ ẽ. A bile biliosus deriuat̃. Cor. cel. aut liuidũ: aut biliosũ. idẽ sputũ ẽt biliosũ aut purulẽtũ. idẽ. i. iiii. si utri libet ætas ẽ: accidit piculo uomit⁹ biliosus mali odoris. aut uari⁹ aut niger. Lien latinẽ: græce ãt: splẽ. ẽ ĩ pte sinistra iecoris opposit⁹. nõ trãsuerso septo ut iecur: sed itestino ĩnexus ẽ: crassitudinis lõgitudi nisq; modicæ: sine fibris a cõcauo stomachũ asseqtur. a gibbo uero dorso alligat̃: dr̃ ẽt ab antiqs hic lienis trium syllabaꝝ in nõiatiuo. Corn. iii. si iecur aut lienis ẽ affect⁹. hui⁹ ãt magnitudine in tẽperã tiã risus fieri affirmãt phisici: & Persi⁹ nõ inficiat̃ cũ dicit: sed sum petulãti plene cachino: Sic e cõtrario: q liene carẽt: aut breuissimo utunt̃ liene: ridẽt nunq̃. qobrẽ Crassum: Crassi q apd pthos periit auũ: risisse nunq̃ ferunt: & ob hoc Agelastũ cognomiatũ. lien ita plerumq; intumescit: ut cingere hoiem uideat̃: & humore pariter subcutaneo: & fœdo anhelitu afficere. Plau. in curcu. Nam quasi Zona liene cinctus embulo. geminos in uentre uideor habere fi lios: nihil metuo nisi medius distumpat miser. a liene lienosus qui morbo lienis laborat: certa deriuatiõe formatur. Pli. vii. de Pirro: cui⁹ pedis pollex lienosis medebat̃: hoc a latino: & a splene q; græ cũ dixim⁹: q eo morbo uexat̃ Spleneticus fit. Pli. xx. folia decocta spleneticis ĩ cibo data: spleneticis sinistꝝ lat⁹ dolet. Intũescit. n. sæ pe: & stomacũ ñ sine dolore humectat. liene uulneribus exẽpto aia lia uiuere: & eũdẽ ĩ dorsu impedimẽto esse affirmat. Pli. Vnde ioco dictũ uidet̃ illud Plau. ĩ curcu. cum lenoni dicẽti lien disruptus est: respõdit palinurus seruus: ambula: id lieni optimũ est. Septẽ sunt intra hominem: quæ a græcis nigra membra uocãtur: ut ait Ma crobi⁹: & lingua: corde: pulmone: iecore: liene: enumeratis: deniq; & renes duo referunt̃. de qb⁹ ordo exposcit: ut aliqd dicamus. Re nes dicti sunt: teste Varrone: qa ĩ eis sunt riui humoris obscœni. ab ipis. n. ad medullã: spiæ quã semen uiri dicũt: sunt uiæ. p quas hu

Sabellinæ felles

Biliosus

Lien qui Splen

Hic lienis

Persii loc⁹.

Crassus

Agelastus

Lienosus

Spleneticus

Mẽbra ni gra

Renes

Spina

mor obscœn⁹: idest semen: ad colem usq; delabitur. Et sunt duo q lumbis sub imis coxis adhærent. ut uerbis Cornelii utar. Situs eo/rum forma patet. Nam in uno quoq; animãte in adipe immergun tur. ab ea parte qua coxis adherent resumi: ab alia uero rotondi eo rum cauernulæ sicuti i cæteris: uẽtres uocãtur siue uẽtriculi. sunt autem uenosi & tunicati. obscœni seminis portã: ut ita loquar: te/nentes. lumbisq; adiuncti: ut diximus. hinc illud ꝑsianum: summã delumbe saliua: itemq; cum carmina lumbum intrãt: utrumq; de libidine dicitur. & sancti uiri dicer̃ non erubescunt: ure igne sancti spiritus renes nostros: timentes ipsius ueneris uiolentiam. sed hoꝝ morbus q̃ grauis sit testat̃ Hor. in. i. epistolarum si lat⁹ & renes mor bo tententur acuto: quære fugam morbi. & qui huiusmodi morbo

Nephretici

afflictantur: a græcis nephretici nuncupantur. & a renibus nomẽ accipiunt. νεφρετηρ enim renẽ nuncupant. & hoc nomĩe etiam appellantur: qui circa uesicã patiuntur. his igitur absolutis: ad alia

Stomachus

reuertamur: quæ fuerant omissa. ut ordo seruetur. Stomachus est fistula per quam cibus descendit. sed ponitur pro uentriculo: idest receptaculo ciborum. Est enim stomachus principium intestinoꝝ de natura sui neruosus: a spinæ uertebra incipiens: circa præcor/dia cum uentriculo cõnexus. quapropter non mirum est: quod su/

Præcordia ꝑ ore stomachi

perius dictum est: præcordia interdum pro ore stomachi sumi: quã doquidem ex uicinitate datur occasio: & ut iam diximus: pro toto uentriculo sepenumero ponitur. Iuue. si stomachus domini feruet

Stomachari

Stomacho/sus

Stomachus ꝑ ira & odio

uinoq; ciboq;. & hinc stomachari: & stomachosus descendunt. nã stomachus iram: & cõceptum odium significat. Cice. iiii. tusc. tra ctata diffinitione fortitudinis intelliges eam stomacho non egere. idem in eodem an uero uir fortis: nisi stomachari cœpit: nõ potest fortis esse. Horat. ii. sermo. Aufer me uultu terrere: manum stoma chumq; teneto. idẽ. i. epist. læua stomachosus habena dicet eques. & hæc significatio non nisi ex uicino est. iecur eni ubi fel est a quo omnis indignatio nascitur: uentriculo quem stomachum quoq; uo camus insidet: eumq; mouet: & felle uenenat. De stomacho igitur siue uentriculo secundum ueram & naturalem significationem or

Venter

Orificia uen tris

diemur. Vẽter siue uentriculus qui uorata recipit: inter lienem & iecur positus est. utroq; tamẽ ex his paululum supra uentriculum ascendente. huius duo sunt orificia. sic. n. a Macrob. appellantur. superius & inferius superiore deuorata recipiuntur. inferiore uero orificio: quæ excreturi sumus emittuntur. pars inferior acumina/

tur: restringitur: & coartatur. & iungitur intestino. Hāc iuncturā: graeci πυλορον uocant. est enim tanquam porta/ qua excremē ta labuntur. porta autem hæc uergit ad dextram. nā eo uentricul⁹ quoq; paululum inclinatior est. portāq; efficit. hanc portam sequi tur ieiunum Intestinum: non ut cætera implicitum: Sic appella/ tum: quia nunquā quod accipit continet: sed protinus ad inferiora trāsmittit. & ideo anathomaci semper reperiunt uacuum. hoc ma/ iores nostri hiram dixerunt: & per diminutiuum hillam ut ait Fe/ stus. Ex hoc (nā & hillum neutro genere dici sensit Acron) fiunt Isitia. ideo pro salsis hircorum intestinis: atq; isiciis accipitur. Ho/ rat. ii. Serm. perna magis an magis hillis: flagitat in morsus refici: ponitur aliquando ad similitudinem. ꝓ eo intestino: ꝙ in anum re/ soluitur: a quo purgamenta descendun. Nam illud quoq; in se ni hil: sicut ieiunum intestinum continet: emittit. n. oia. huius signi/ ficationem: ostendit textus i catullario a nonio allegatus. his uer/ bis: neq; aliter pedicabis: adulescenti nostro cedis hilla: cum igitur hillæ appellatione: & principium & finis intestinorum cōprehēdā tur non mirū est: omnia simul intestina sub hoc nomine includi: ꝙ ita esse Nonius testatur. cum dicit: bochilla oppidum italiæ esse sic dictum: quia eo bos intestina uulnere trahēs aduenerit. Bochil la igitur quasi bouis hilla. idest intestina: ex uentre siue uētriculo: isicia quoq; fiunt. cum uenter carne minutati concisa: repletur. Mart. & lucanica uentre cum phalisco: uēter pro stomacho Iuue. uentre nihil noui frugalius. & pro aliis frequenter accipitur. nam plerumq; pro aluo sumitur. Corn. iii. ubi ab iferiori parte purgād⁹ aliquis est: uētrem eius ante soluendum esse. Iuue. soluunt tibi cor nua uentrem. pro sordibus. nam aluus quoq; idem significat. Pli. xx. pepones qui uocātur: refrigerant: maxime in cibo. & emoliunt aluum. Aluus autem ab aluendo dicta uidetur: Sed uterus ideo di citur: qa continet. & tamquam uter est: ad prægnantesq; pertinet. Virg. iii. uterumq; armato milite complēt: nam ea differentia cui⁹ meminit Seruius: non omnino uera est. nam uterus fœminarum dicit̄: ut ipse ait. corroboratq; id Virgi. auctoritate. qui uterum de equo dicēs: memor sui paulopost inserit. scādit fatalis machina mu ros: Foeta armis. Aluus uero qua sordes educuntur: ad hanc Ser/ uii expositionem: & nos quoq; accedimus. Sed ꝙ uenter dicatur q appet nō oino ueꝝ est. Nā & fœtū significat. ut in libro supiore di ximus. & aluus pro eo ꝙ apparet a ueteribus plerumq; accipitur.

Ieiunum in testinum

Hira

Hilla

Hillum

Bochilla un de

Isicia

Venter pro stomacho

Aluus

Vterus

Contra Ser uium.

Cōtra Ser.

Lucius Columella.viii.nisi obesam ingluuiẽ atq; distentam pabu lis aluũ demerserit & refrigerauerit: Stomachus igit' uenter & uen triculus.uenter uero tã inferior q̃ superior.quia initium est intesti norum.alu⁹ uero ubi sordes tã occulta q̃ appens: dicta ẽ aqualic⁹ siue aqualiculus: q proprie porcorum est: in significatione cum uentre concordat. Apitius teres piper ligusticũ silphiũ: anisum: gingiber: rutæ modicum: liquamẽ optimũ: olei modicũ: reples aqualicum: si cut laxamentum habet ne dissiliat in coctura. Persius: pinguis aq̃ liculus propenso sesquipede extat. & hoc ad irrisionẽ ptinet. de ho mine ut sue saginato: satyrica mordacitate intellexit. Sed de sto macho plurima occurrunt narranda. hinc enim oia fere morborum genera sumunt exordium. nam crudus dicitur actiue & passiue. crudum.n.dicimus nõ coctum. Iuue. qui crudum pauonem in bal nea portas. & crudum in actiua significatione dixerunt: cuius sto machus frigiditate impeditus: escas non coqt. Horat.i.serm. nam que pila lipis inimicum & ludere crudis. Cornel.iiii. si ex uino uel cruditate origo est. L. Colum.vii. cruditatis signa sunt: crebri ru ctus: ac uentris sonitus: fastidia cibi: neruorum intentio: hebetes oculi: propter quæ bos neq; ruminat neq; lingua se detergit. Cru ditates autem ut ait macrobius eueniunt: aut qualitate succi: in quam cibus uertitur si non sit aptus humori qui corpus obtinuit. aut ipsius cibi: multititudine non sufficiente natura: ad omnia q̃ congesta sunt concoquenda. ciborum concoctio: a quibusdam di citur digestio. Macrobi⁹. igitur in uentre fit prima digestio. idem. & est secunda digestio. hoc autem nomine appellatur: quia digere re est ordinare: & distribuere. Virg.vi. digerit in numerum atq; an tro seclusa reponit. concocti.n.cibi fit digestio: ac ordinata distri butio. frigida.n. lienem petunt: tanquam frigoris domicilium: si cut iecur caloris quo calida confluunt. ubi quoq; est digestio. & alia fit in arteriis & uenis. in quibus: acceptus sanguis defecatur. con coctio igitur præcedit: sequitur digestio. Ex stomacho est etiam re dundatio. quæ tunc fit: cum est efflatio residente cibo Pli.vii. fasti dium i cibis: redundatio stomachi: indices sunt hominis inchoati. & hinc est ructus: unde ructo & ructor in eadem significatiõe uer ba formantur. Hor. in arte poetica: hic dum sublimes uersus ru ctatur. Virgil.vi. cocyto eructat harenam. Sed de ructu sic sanctis simus ac doctisimus uir Hieronymus loquitur: Ructus autem pro prie dicitur diggestio cibi: & concoctarum escarum in uẽtum effla

Aqualicus
Aqualicul⁹
Persii locus.
Crudum
Cruditatis causæ
Digestio
Digerere
Ructus
Ructo
Ructor

tio. Plau. autem i pseud: quid tu malum ergo in os mihi ebrius eru ctas. ostēdit aliorsum quoq; accipi posse Vomit⁹ & uomitio: & ore xis de q̄. Iuue. Rapidā factur⁹ orexi oib⁹ fere nota sunt. Ciliaci aūt hi dicūtur: q ex uitio stomachi idest uētriculi ꝓfluuiū patiunt᷑. Pli. xx. si & tusis sentiatur sopite admixto datur. idem i eodem: Hippo crates ciliacis & dissintericis bis coctum sale. Corn. iiii. in ipius ue ro uentriculi porta cōsistit: is qui & longus esse consueuit: Cilicus a græcis nominatus. De stomacho hacten⁹. Colon est crassius itesti nū: obtortū: ac tubulatū. ex quo excremēta eam accipiunt formā qua egerunt᷑: plurimas cellulas atq; cauernas habens. ad renemq; religatur sinistrū. ibiq; est inuolutius. pp quod nō facile hui⁹ malū a renum dolorē discernitur. hoc intestinum sursum uersus ascēdēs operiensq; circa exteriora lienē ipm tēdit ad dextrā: stomachumq; ascendit: ac tegit: hinc ē quod humor supuacuus in crassiore inte stino retentus: stomachū afficit. nā cū dolor est: auditurq; rugitus: fit excernēdi cupiditas. & cū necessitate effectus quod nullo pacto contingeret: si humor dolorem faciēs eēt i stomacho: fit aliquando ut seipsos purgantibus anima deficiat: tunc maxime cū excreturi sunt. humores. n. diutius i hoc itestino retenti: orificiū stomachi ag grauant: quo alterato statim fit animæ defectus. unū tn̄ nō ē omit tendū huius intestini malū: a renū dolorib⁹ hoc pacto secerni. Col licus. n. dolor cibo potūq; fit grauior: quādoqdē repleto stomacho colon cōprimit᷑. Inediæ autē tempore leuior est: sed inedia nephre ticus laborat magis. Colicū igr̄ ac nephreticū fames ipa secernit: q̄ uis in colico sinistra magis quā in nephetico uexet᷑: De morbo cras sioris intestini sic. Q. serenus. Cū colon inuisum morbi gen⁹ itima carpit: Māde Galeritā uolucrē quā noie dicūt: Aut pauidi leporis madefacta coagula pota. Colon cōmittitur cū itestin[illegible]: quod uoca tur cæcū: immo idem cū eo uī eē. Cæcum autē dicitur qa nō habet duo opposita orificia: sicuti in aliis cernimus. A dextra incipiens in sinistrā nō exit: nā uno: & eodē ore: & accipit: & emittit: locatūq; ē supra coxendicē: infraq; renem dextrum: eiusdē fere naturæ cum crassiore intestino est: & eodem uexat᷑ morbo: & iisdē medicamētis indiget. Colon dī membrum: & crassius intestinū: hoc sibi nomē uendicauit: qa crassitudine cætera antecellit intestina. Quod aūt Colon orōnis quoq; mēbrum dicatur testis est Hiero. i Exech[illegible]. pe mio. legite igr̄ & hūc iuxta trāslationē nr̄am qa p cola script⁹: & co mata: māifestiorē sensum legētib⁹ tribuit. Sed crassioris itestia pars

Vomitus
Vomitio
Orexis.
Ciliaci
Colon
Collicus do lor cibo potuq; fit grauior
Medicamē tum contra colum
Colon ora tionis genus

quæ a rene ad anum usq; descendit: quo aluũ purgamus: antiqtas rectum iteſtinum nominat: quoniam nõ ita orbib⁹ implicitum sit: sicuti inteſtinum tenue: ĩ lõgumq; protenditur. unde & longanon nuncupatur. Apitius: longanones porcinos ex iure tarentino. farsos: cõctos concisos: in cinere pullorum. tenuius inteſtinum græci ειλιον uocant. et ab omnibus fere hoc superius: Crassius uero inteſtinum: inferius nuncupatur. nõ ratione loci: quandoquidem colon ſtomachum scandit. sed ratione colligationis. nam tenue a ſtomacho inicium capit. Crassum uero: ab inferioribus ad superiora reuoluitur. Tenue inteſtinum in sinus ueheme͂ter implicitum: plurimos habet orbes: quibusdã membranulis inter se cõnexos: quæ uocantur omenta. Luc. produntq; suas omenta latebras. nã ut dictũ eſt: uniuscuiusq; me͂bri interioris ueſtitus: omentum nuncupatur. & hæc uidentur ea parte qua tangunt inteſtina ueſtire. huius inteſtini orbes in dextram conuersi desinunt. quod tãdem e regione dexterioris coxæ. demum cum crassiore transuerso cõnectitur ei: a dextra incipie͂s: in siniſtram non exit: ut dictum eſt. unde cæco nomen impositum: ꝙ ipsius crassioris partem esse docuimus. pars uero huius quæ peruia eſt: late fusa ac sinuata: minusq; neruosa eſt quam tenue inteſtinum: huius morbus: acutus & uehemens: sed breuis. plenioris uero inteſtini longus esse cõsueuit. Sed tenuioris inteſtini morbum Diocles chariſtius cordapsum: iuniores uero illiacum nominãt. De inteſtinis satis ut arbitror dictum. Reliquum eſt ut de uariis nominibus pinguedinem significãtibus primo dicamus: poſtea de uesica. Nomina autẽ pinguedinis sunt: Adeps: Lactes: Abdomen: Sagina: Aruina: Vnctum: Lardum: Axũgia: Popa. de quib⁹ particulatim loquemur. Adeps generale uocabulum ad omnem pinguedinem: siue carnis: siue alteri⁹ rei: ideo adipatum pingue & succulentum tam de sermone quã aliis dicitur. Iuue. feruent adipata ueneno. & Cicero a Nonio allegatus: sciuere suis artibus opimum quoddam: & tamquã adipatæ dictionis genus. & in psalmis legitur: cibaui eos ex adipe frumenti. poſtea adeps reſtringitur: significatq; illud pingue ad similitudinem reticuli inteſtina continens. Corn. iiii. contegit uero omnia hæc ome͂tum exteriore parte leue & ſtrictum: ex superiore mollius: cui adeps quoque innascitur. quæ sensu sicut cerebrũ & medulla caret. dicit̃ autem hic & hæc adeps: idem in. iii. protinus uel ptisanæ uel alicæ uel oricæ cremor dandus eſt: cum quo recens adeps cocta sit. Plin. xx. auribus

Margin notes: Rectum iteſtinum; Lõganones; Omenta; Cordapsum; Illiacum; Noia significantia pinguedinem; Adeps; Hic & hæc Adeps

quoq; instillatus succus cum adipe anserino Lactes licet pro pin/ guedine aliquando sumãtur: tamen proprie dicũtur crassum & te/ nue intestina. aut propter molliciem: aut ꝑpter cãdorem pinguedi nis. nam a lacte denominantur. Persius: pulmone & lactibus un/ ctis. de quibus sic Priscianus. vi. hæ lactes partes sunt intestinoꝝ a græco: γαλλακηα δ' εσ dictæ: & seruauerũt apud nos idẽ gen⁹. Põponius. i re familiari: oro te ꝑ lactes tuas. Titinius in ferentina craticula cerebellum & lactis agmia. hæc prisc. qui autem credide rũt lactes quoq; omẽta dici: ꝑꝑ pinguedinem moti sunt. quãdoqui dem omẽtum ꝙ est uestitus quidã: ut diximus: nõ sine pinguedine est. Pli. xi. uentriculi atq; intestina pingui atq; tenui omẽto integũ tur. preterquã oua gignentibus. hinc omẽtata pingui idest omento farta. Apitius. Insicia omẽtata: pulpam cõcisam teras. hic omasus genere & quantitate differens: significat pinguius atq; crassius: intestinum bubulum. ad cuius similitudinẽ ꝑꝑ edicitatem furium: more suo irridens dicit Horat. ii. serm. seu pingui tentus omaso Fu rius hibernas cana niue conspuet alpes. Lactes igitur ut ad rem redeamus cum candor aut mollicies nominet: Lactidiacos ex se creant. Sic enim uocantur qui circa umbilicum calce percussi sunt. quia ea pars delicata & mollis est. aut quia intestina circa um bilicum esse cognoscimus. Significare autem lactes tenue ac cras/ sum intestina: ostendit Pli. xi. nat. hist: ab hoc uentriculo lactes in oue & homine per quas labitur cibus: in cæteris hillæ: quibus ca/ patiora intestina ad aluum. homini quoq; flexuosissimis orbibus. hoc sermõe indicauit tenue intestinum. idem in eodem: media hæc in umbilico annexa omnibus: in homine hillæ infima parte simul a græcis uocatur Colon. Nos autem superius ostendimus: hillam pro recto & pro ieiuno etiam intestino accipi. ex qua re dixim⁹ per lactes tam tenue quam crassum intestinum intelligi. Plau. in mi/ lite: una opera alligem fugitiuam canem agninis lactibus. Abdo/ men proprie est ea pinguedo quæ spinæ adhæret: circuens & ad uentrem usq; perueniens. in qua renes iacent. Iuue. Montani quo q; uenter adest abdomine tardus. Cornelius Cel. iiii. ipsa autẽ ilia inter coxas & pubẽ in imo uentre posita sunt. a quibus ac pube ab domen sursum uersus ad præcordia peruenit. Ab exteriore parte euidenti cute: ab iteriore leui mẽbrana inclusumq; omẽto iungit᷑. περιτωνιου a græcis nominat᷑. Sed abdomẽ ꝑ hac de q̃ dixim⁹ pinguedie dũtaxat accipit᷑ apud uetustissimos. Plau. i cucur. pnã:

Lactes

Omasus

Lactidiacus

Hilla.

Abdomen

abdomen suis glandium. postea Publius Syrus mimorum scriptor tēpore Iulii cæsaris: nā ei cæsar palmā cōtra laberium tribuit: cui⁹ mimos ætas illa admirabatur: unde Horat.i.Ser. & laberi mimos & pulcra poemata mirer. ut refert Pli. Abdomē ꝓ sumine posuit. hoc est sumen abdominis uocabulo nuncupauit. cum re uera sumē

Sumen. sit aliud. nam Sumen a sugendo dictum: māmam significat ut Nonius sentit: allegatq; hoc lucilii carmen: tenero succisa lacerto & manus uberi lactenti in sumine fidat. Et illud laudatissimum inter esculenta sumen: cuius meminit Plau. in pseudolo: pernā: callum: glādium: sumen facito: in aqua iaceant ex uentre cum mammis p̄gnātis: lacq; habentis porcæ fit. & ideo hoc nomen habuit. māma n. porcaꝝ ē. diciturq; sumen quasi rumen. s. enim & r. inuicem cō mutantur: fusios. n. ꝓ furios: & ualesios pro ualerios dici affirmat

Fusii pro Furii Quint. primo insti. ora. & aliorum usus corroborat: arbor nāq; & arbos: odor & odos: honor & honos: labor: & labos poni ab antiq-

Valesii pro Valerii. tate conspicimus. Sed publius sirus: ex uicino sumpta occasiōe: nā abdomen ad suminis locum peruenit: ꝓ sumine abdomen posuit. Cū abdomen interius: Sumē uero exterius sibi fere correspōdeát: post illum ergo sirum sumen cœpit abdomē quoq; uocari.

Sagina Sagina proprie est supuacua pinguedo: arte nō natura adaucta per totum dispersa corpus. Iuue. propera stomachum laxare saginis. Et tua seruatum cōsume in secula rhombum.

Saginare **Saginarium** Vnde Saginare: quod est supra modum pinguifacere. Pli. nat. hist. cum exquisitis quottidie Antonius saginaretur epulis. hinc & Saginarium dicimus locum ubi aues aliaq; animalia arte redduntur pinguiora. M. Varro. iii. rerum rust. ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui sunt nati. eos includunt in saginario: ibiq; polentā & polinē aqua madefacta dant cibū.

Aruina Aruina secundū Suetoniū in libris de uitiis corporis (sic eni allegatur a Seruio) est pingue illud durū quod est inter cutem & uiscus. Virg. vii. pars leues clipeos: & spicula lucida tergunt aruia pingui.

Vnctum Vnctum cū substātiuum est: id significat pingue: q̄ in porci dorso mollius est. L. Columella. vii. frigoris fomēta adhibent̄: caput & spina tepēti adipe: uel uncto linunt̄. sed psius adiectiue posuit: uncta uixisse patella. semp

Lardum **Laridum** Laridū apud Plau. trisyllabū: apud Iuue. duaꝝ syllabaꝝ: dicit̄ q̄si large aridū. est. n. caro sicca. i. salsa. Iuue. sicci terga suis. quæ tā unctum quam macrā significat carnē. Iuue. & natalicium cognatis pōere lardum.

Assungia Assun

gia est ades inueterat⁹: & abdomē uetustate maceratū. Pli. xx. & sil uestri ruta cum assungia ueteri illitos ramices sanari produnt. Popa ideo pinguedinē significat (ut apud Persium est. tremit omēto popa uēter) quia panis erat quo uescebant̄ sacerdotes: uel eorꝝ ministri: & eius usu ppetuo fiebāt hebetiores. hic popeana piguia unguēta, dixerūt ueteres. Iuue. ridēdaq₃ multo pane tumet facies aut pinguia popeana spirat: & hinc miseri uiscant̄ labra mariti. his omnibus adderē & sebum: nisi notissimæ significatiōis uerbum ex se faceret sebo sebas. L. Colum. ii. far pinsire: faces incidere: cādellas sebare: legit̄ & seuare. qa seuū quoq₃ ꝓ sebo ponit̄. Q. Seren⁹: parua sabucus. i. hircino collita seuo. Vesicā ultimo loco posuimus inter intestina: quoniā de ea diuerso modo dicendum erat. nā aliter in uiro: aliter ī muliere sita est: in uiro eni iuxta rectū intestinū locatur in sinisteriorē partē: aliquanto inclinatior. & quibusdam uenis cū eo osse cōiūgit̄: quod subest pubi. est autē uesica: in ipo sinu: hoc est uasculo urinario neruosa: circa ceruicem autem plena atq₃ pinguis. In fœminis uero supra earū genitalia sita: supraq₃ ellapsa. ab ipsa uulua sub stentatur. quapropter satyrus huius rei nō ignarus: a loco uicino sumens occasiionē dixit: uetulæ uesica beatæ pro uulua. ad hanc igitur uesicā: singulæ uenæ colore albæ: a renibus feruntur. & has uriteras græci nuncupant. ꝙ per eas descendentem urinam in ipsam uesicam distilare concipiunt: ut clare demonstrat Corn. cel. unum tamen non est obliuioni tradendum: in masculis scilicet iter urinæ longum sed compressum esse: in mulieribus autem breuius sed pinguius. Vulua quam Macrob. uocat matricem: in uirginibus ad modum exigua est. & in mulieribus nisi pregnantibus non multo maior q̃ ut manu comprehendatur. huius ceruix recta tenuataq₃: canalis dicitur uuluæ. illic. n. semen animatur: nisi nimia sagina lædatur. pinguædo. n. huius loci conceptioni aduersatur. raro. n. concipiunt quarum canalis uuluæ pinguior est. & si conceperint: abortum faciunt: quorum poeta non ignar⁹: de equino genere in georgicis sic locutus est: Sæpe etiam cursu quatiunt: & sole fatigant: Cum grauiter tunsis gemit area frugibus: & cum Surgentē ad Zephyrū paleæ iactant̄ inanes: hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus Sit gēitali aruo: & sulcos oblimet inertes. Sed rapiat sitiēs uenerē iteriusq₃ recōdat. ex his igit̄ uerbis: elicim⁹ uuluæ piguedinē gñratiōi officeř. cū aruū gēitale diligētissim⁹ poeta cana

Popeana unguenta

Sebum

Sebare

Seuare

Seuum

Vesica

Iuue. lo.

Vulua

Matrix

Canalis Vuluæ

glaucus color cum flauo couenire dicat. nã nõ minus uidet dissen/taneum: græcos glaucopin dixisse pallada hoc ẽ glaucoꝝ oculoꝝ: Et Virgilium in priapeis dixisse. Minerua flauo lumine est: q illud Ennii: de quo fauorinus dubitasset: nisi uarietatẽ flaui coloris enar rasset. Est enim uersus ennii talis. Verrunt exemplo placide mare marmore flauo. Cæruleum spumat mare cõfecta rate pulsum: Sed cui libuerit discere: quomõ cæruleum mare cum flauo coueiat: Legat atticas noctes. Gal. Anguli oculoꝝ de quibus Iuuenalis. Si prurit frictus ocelli angulus: alio uocabulo hirq: siue hirculi a Sue/tonio de uitiis corporis: ut ait Serui⁹, dicti sunt: Quod seruii ac Suetonii dictum confirmat festi auctoritas: q hirqtalos pueros dici ait: q primo uirilitatem suam experiunt. Geo. Festi uerba nequaquã cum Seruii & Suetonii sententia conuenire possunt: nam hirquitali pueri ab hircis animali olido nascũtur, nõ ab hirquis angulis oculorum. Quod ut apertius cognoscatur: quæ Cẽsorinus ad Cereliũ de uarietate ætatum nostraꝝ cõscribat: apposui: In secunda ebdo/made: uel incipiente tertia: uocem grassiorem & inæquabilem fie/ri aiunt: quod Aristoteles appellat τραγίζειν: antiqui nostri hirq talire. Et inde ipsos hirquitalos appellari quod tunc corp⁹ hircum olere incipiat. Gal. Licet pterigium etiam de aliis dicat: nam ca/ro superuacua ungues digitosq; crescendo operiens hoc nomĩe appellatur. Geo. Hæc non diceret Galeott⁹: si sextum Cornelii celsi librum perlegisset: ubi de digytorum ulcerib⁹ hæc scribit. In iis/dem recedere ab ungue caruncula: cum magno dolore consueuit: pterigion græci appellant: Carunculam discedere ab ungue non crescendo operire dicit: Et sane ab etymologia dictionis hoc nõ discrepat: siquidem pterigion diminutiuum uidetur esse a πτέρου idest ab ala: quam tunc maxime efficere uidetur caro ab ungulis discedens. Gal. A mala maxilla est diminutiuum uoce: non significatione: non enim sic uocatur quia sit mala parua: sed quia infra malam loquatur. Georgius: Quamuis Priscianus præcipiat figura diminutiua maxillam a mala deriuari. Tamẽ apud me plus momenti habet Cicero i libro de oratore perfecto ad Brutum scribens per detractionem mediæ litteræ: uel potius syllabæ: a maxilla malam esse factam. Galeot. Os osculum facit. quod duo significat. Est enim osculum os paruum. Ouidius primo methamorpho. Videt oscula quæ non est uidisse satis. Et huius quoque diminutiuum apud idoneos constat. Virgilius primo georgico. Oscilla

Hirqui.
Hirquitali
Hirquitalirẽ
Pterigium.
Maxilla
Mala

ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Geo. Cum tam multa hic magiſter undique conquirat: ut nihil omnino docens aliquid docere uideatur: quæ in enarrationem uirgiliani uerſus Seruius & Macrobi⁹ dicāt: reticere nō debebat. Sed ego ut lectori hac i parte ſatiſfaciam: quod nuper apud pomp. feſtum de oſcillis pluribus expoſitis uerbis offenderim: id ſubiiciam. Oſcilla ſanctra dici ait quod oſcellent: ideſt inclinent precipiteſq; efferantur oſcillantes. At Cornificius ab eo quod oſcelari ſint ſoliti perſonis per uerecundiam qui eo genere luſus utebantur. Cauſa autem eius iactatiōis proditur, Latinus rex qui prælio quod ei fuit aduerſus Mezentium ceritum regem: nuſquam appuerit: iudicatuſq; ſit iuppiter fact⁹ latiaris: Itaque ſic eius diebus feriatos liberos ſeruoſq; requirere eum non ſolum in terris: ſed etiam qua uidetur cælum poſſe adiri p oſcillationem ueluti imaginem quandam uitæ humanæ. in qua altiſſima interdum in imum deprimuntur. interdum infima ad ſummum efferuntur. atq; ideo memoriam quoquæ redintegrari initio acceptæ uitæ per motus cunarum: lactiſque alimentum: quia per eos dies feriarum: & oſcillis moueantur: & lactea potione utantur. Nec deſunt qui exemplum græcorum ſecutos putent italos: quod illi cum iniuria interfecto icaro Erigone filia eius dolore impulſa ſuſpendio periiſſet: per ſimulationem duellam quærerent: atq; manes ei⁹ placarent. Sed de hac fabula plura non dicam quando uirgilianus interpres exactiſſime eam cōſcribat. Gal. A radice inferioris labii mentum ſumit initium quod licet homini tantum tribuat Plinius. Tamen apud Plautum legimus in menechmis. Glandionicam ſu illam lardum pernam itidē: aut ſinciput. aut menta porcina. Geo. Et uera dicit Plinius: nec Plautus illi repugnat. Nam ſiue librariorum uitio: ſiue corrigentum ignorantia. ubi polimenta legebatur: menta ſcriptum eſt: quemadmodum in eadem comœdia pluribus in locis lectio uera demutata fuit. ut illud Schatamia pro ſpatalia. & ubi ſpurcatur naſum a ſumma. Et cigno qui lucet patre. moſco prognatum patre. & alia multa quæ ſuo loco confutabim⁹. Sed dicet quiſpiam: Cur hic Polimenta potius quá menta legendum eſſe ais. hac nempe de cauſa. quod teſticulos porcinos: auctore feſto: polienta legimus a priſcis appellari. Eſto dicet Galeottus. An ſtatim iter precioſa edulia porcinos teſticulos annumerabim⁹. qd ni. qñ in octauo naturalis hiſtoriæ de ſue Plini⁹ hæc dicat. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ. quinquaginta ꝑpe ſapores: cum

Oſcilla Sanctra.

Polimenta.

Porciæ carnis ſapores

cæteris singuli: hinc censoriarum legum paginæ. Interdicta quoq; cœnis abdomina: glādia: testiculi: uuluæ: sincipita uerrina. Ex hac Plinii sentētia materiā ganeæ præstitisse testiculos: uetitosq; fuisse legibus sumptuariis satis constat. Quare si polimenta legerimus. ex nepotum iudicio desiderio gulæ satisfaciem⁹: Et duo peregregii auctores conuenientia non discrepantia dicent. Sed illud silere nō sustineo. Si menta porcina petiuisset mulier: quæ unctius ac delicatius quiddam sibi dari cupiebat: quo pacto mēta porcina uel studiosius & opipare ualde condita incitamentum gulæ fuissent. Verum plura destinato huic enarrationi loco in hoc generē scribemus. Ga.

Vultuosus. A uultu uultuosus quod tristem significat. ut ait Nonius allegans Cicerōem. In quo cum effeceris neqd ineptum sit aut uultuosum. Geo. Infrequens nimirum & negligens Ciceronis lector fuit Galeottus: utpote q nō obseruauerit: in quo Ciceronis opere hæc legantur: quæ in libro Ciceronis ad Brutum de optimo genere dicēdi habētur.

Decollare Coliare. Gal. A collo autem decollare uerbum. & collare nomen descendit. Primum omnibus notum. Secundum autē pro uinculo colli accipit sentit Nonius. Geo. Verbi significationē quā omnibus notam esse ait tantus latinæ linguæ magister: uel sponsione grādi facta: contenderim eum ignorasse.

Decollare pro deciperē. Nam decolare non solum significat securi cedere: sed & decipere. hic nos ꝑ more nostro auctoritatem afferemus eius grammatici qui hæc dicat. Diomedes itaq; in prio de arte grāmatica hæc ait. De collo decollaui. hoc uerbum apud ueteres decipio significat: ut apud Plautum. Vna ē quæ decollauit. Item Lucilius. xii. qbus fructibus me decollaui. Quæ significatio apud Fenestellam aliter inuenitur in epitomatum secundo. queadmodum Cæsar a piratis capt⁹ sit: utq; eos postea ceperit & decollauerit.

Securi cedere. Veteres autem securi cesos dicebāt. has uerbi significationes cur Galeottus nō explicuit? An quia temere pleraq; oīa eructat? an qa nullum illi cōertium nec fuit: nec est cum his scriptoribus q linguæ latinæ proprietatem & remotioꝝ uocum significationes indagauerunt?

Subcollare. Suet. locus. Cur item aliud uerbum a collo factum nō ꝑtulit. quo Varro & Suetoni⁹ utunt̄. hoc ē subcollo. las. Suet. ī othonis uita. dōec omissa mora subcollat⁹: & a pn̄te cōitatu impator cō salutat⁹. subcollat⁹: q̄si subiciētibus colla militib⁹ sublat⁹. Varro in tertio reꝝ rusticarum libro de apib⁹ loquēs. Regem suum sequuntur quocūq; it: & fessum subleuant: & si nequit uolare subcollāt: quod eum seruare uolunt. Galeot. Sed inter omnes acutissi-

mus eſt: qui quodam rigore neruorum: modo ſcapulis: & hunc opi/ ſthetonon: modo mentum corpori & hunc proſthoton: modo rectam & immobilem ceruicem intendit. & hunc τέτανον græci appel lant. Geo. Hæc morborum genera græcis uocabulis a noſtris ex preſſa ita ut græce leguntur ſcribenda erant: atq; eo accuratius q̃ iiſdem Cornelii celſi uerbis illa explicet. Erat præterea etymologia dictionum ſubiungẽda. tum ut lucidius morbos aperiret: tum etiã ut ex ratione orthographiæ: res ita pateret ut poſthac cõfundi nõ poſſet. Ergo opiſthotonon dicimus rigorem quo caput ſcapulis itẽ ditur: ab ὄπισθεν quod retro ſignificat: & τόνος quod ẽ rigor. Emproſthotonon q̃n mentum pectori annectit̃ ab ἔμπροσθεν quod eſt ante. Tetanon uero quod immobilem ceruicem intendit ἀπὸ τοῦ τέτασθαι quod eſt intẽdi. Gal. Segmentum au/ tem hac ratione ornatiorẽ torquem ſignificat: quia collum circuit. Nam ſegmentum circulus eſt. Geo. Infirma ſane ratio ut quæ nul la etymologia: nullaq; docta auctoritate nitatur. An nõ lõge meli⁹ ſic dixiſſes. Segmentum a ſecãdo natum uidetur: nã ea figura a ſe co fit ſegmẽtum: qua a fingo figmẽtum: a pingo pigmẽtum: a ſtrin go ſtrigmẽtum: Quod teſtimonio Plinii cõfirmari p̃t: q de rõne ſe candi marmoris hæc ſcribit. Craſſior. n. arena laxioribus ſegmen/ tis terit: & plus erodit marmoris: maiuſq; opus ſcabriciæ politurae relinquit. Gal. Et apud ſclauinos nunc in uſu eſt modus ille anti quoꝝ. Geo. Audaculo uerboꝝ fictori tãta nõ cõcedit̃ licẽtia citra analogiæ rõnem: aut auctoritate non allata: Nã etſi licuit ſempq; licebit: Signatum præſente nota producere uerbum: Tamen non permiſſum eſt uoce noua: immo barbara: latinum ſermonem cõta minare: Quare ut & p̃ſentes Galeotti uerba nõ improbent: ſed po tius fæcundo gratulent̃ igenio: & poſteri ſubeuntibus nouis reb⁹: linguã noſtram locupletare non formidẽt: uelim a Galeotto doce/ ri qua figura: quaue auctoritate fret⁹ ſclauinos dixerit: cum hiice populi maris adriatici accolæ pro littoris poſitiõe liburni: tum illy/ rii: atq; dalmatæ a priſcis hiſtoricis appellent̃. Gal. Hor. flaccus in libro ſermonum faſciolas cubitale focalia. Gal. Diligẽtior quiuis præceptor quid ſint focalia exponere tentaſſet. Etenim lo/ cus hic non uulgarem explanationem poſtulat: quãquam id uer/ bum pro noto flacci interpretes præterierunt. Ergo quid ſint foca lia quantum ex uaria & diligenti lectione aſſecutus mihi uideor.

Opiſthotonon. Emproſthotonon. Tetanon. Segmẽtum Sclauini Liburni ſiue Illiri & Balmatæ. hodie appel lãtur Sclauini Horatii loc⁹ Focalia.

fuisse aperiam. Focale est uelut fascia quædam collum ambiēs: qđ fauces perfrigere non sineret: qppe pronunciationi conducens. Seneca in tertio naturalium quæstionum. Videbis quosdam graciles & paliolo focaliq3 circundatos pallentes & ægros. Quintilian⁹ in xi. paliolum sicut fascias quibus crura uestiuntur & focalia & aurium ligamēta sola excusar̄ potest ualitudo. Illudq3 affirmauerim. de focali intellexisse Valerium Martialem cum ait. Quid recitaturus circundas uellera collo? Conueniunt nostris aurib⁹ ista magis. Legitur eiusdem hoc distichon: quamuis a quibusdā expunctum. Si recitatur⁹ dedero tibi forte libellum: Hoc focale tuas asserat auriculas. Nec abnuero a fauce nasci focale. quemadmodum & focaneus palmes apud columellam: qui in fauce uitis nascitur.

Martialis locus.

Focaneus palmes.

Gal. Palmam autem arborem propter frōdis similitudinem dixerunt. & caricas uocauerunt dactylos. quia dactyli sunt digyti. & caricæ palmarum digiti uidentur.

Dactyli. palmule

Geo. Palmæ fruct⁹ nunc dactylos alibi palmulas atq3 Scandalides. nec nō margaridas: atq3 etiam careotas: siue careotum i neutro genere. siue careotidas apđ idoneos scriptores græcorum: & latinorum legimus appellari. Caricas uero in ficorꝝ genere auctore Plinio depræhendimus his uerbis. Syria præter hanc peculiares habet arbores in nucum genere. pistacea nota prodesse aduersus serpentium morsus. traduntur in potu & cibo: In ficorum autem caricas mioris eius generis quæ coctana uocant. Quæ uerba immemor hic Galeottus aduersus sententiam suam paulo infra de ficis præcipiens adducit. Ouid. quoq3 in primo fastorum. Caricas aliud esse a palma hoc uersu ostendit. Quid uult palma sibi rugosaq3 carica dixi.

Scādalides

Margaridæ

Carcotæ

Caricæ

Coctana

Gal. Dextram supplices osculabantur. Lucanus. Oscula polutæ fixisse trementia dextræ. Et qui iurabant per dextram: tāquam fidei sedem: & uirtutis ministram deierabant.

Geo. Nec soli supplices, dextrā osculabantur. cum huiusmodi osculum uenerantis magis esset: quam supplicātis. nec dextra nisi auersa. osculi gratia petebantur. In fide uero Plinio auctore porrigebatur. & ut idem in. xxviii. ait. In adorādo dextram ad osculum deferimus. totumq3 corpus circumagimus quod i leuum fecisse galliæ religiosius putant. Quanto ergo distinctius scripsisset hoc modo. Dextram uenerantes auersam petunt. non supplices. Nā q dextrā reducis Marii osculabantur non supplicationis: sed uenerationis gratia faciebant: cum id signi ad discernēdos amicos Marius suis

Dextram osculari

Plinius

dedisset. Gal. Digitorum percussus uocat̃ condylus. digitis eñi complicatis. aut medio digito ab ipso poplite eunte condylus est.

Condylus

Geo. Demosthenes in festis liberi condylo percussus a Midia: si cõdylus est is: quem Galeottus diffinit incomode & inepte tãtos affectꝰ: & grauem illam inuidiã ex parte percussi corporis: ex uultu ferientis: & ex habitu aduersario q̃siuit. Plutarchus quoque scribẽs eum quẽ castor condylo percussisset: statim mortuum: in cacozeliã incidit. Si digito ictus animam expirauit. Sed arroganter & indocte de dictione græca hic præcepit. Ergo ex græcis auctoribus & significationem & etymon sumemus: qui dicunt iuncturas articulorum in digitis: & eminentes stricta in pugnum palma: nodos condylos appellari: quatuorq; digiti: auctoribꝰ Aristotele & Polluce: ternos habẽt condylos: pollex uero duos. Igitur per condilum ꝑcussio fiet. cum manu compressa nodis digitorum aliquem cedimus. deducitur autem hæc dictio κονδύλοσ παρὰ τὸ τὴν καμψὴν τῶν δακτύλων ὅιονει και δόλοι ὄντεσ περὶ ἀυτουσ γὰρ ἡ καμψησ τῶν δάκτύλῶν εγγίνεται Galeot. Condilomata autem a quadam similitudine dicuntur cecæ hæmorroides: & tubercula q̃dã corporis Geo. Non uidet hic magister: si condylomata sunt tubercula q̃dã corporis: nihil cum suo cõdylo similitudinis habeř. Sed nec cecæ hæmoroides sunt cõdylomata: immo aliud de q̃bus suo loco dicemꝰ. Nã Iuliꝰ pollux de morbis corporis scribens: cõdyloma inquit nascit̃ circa coronã podicis: tuberculum uidelicet sanabile. & circa sedem fiunt condilomata magna: sed non laboriosa. Iuniores præterea medicos si consulueris: disces cõdylomata nõ esse hemorroides: sed eminẽtes tumores: nũc molles: nũc duros: figura rotunda: & nihil emittẽtes.

Condiloma ubi nascit̃

Gal. Collum insertum est corꝑis trunco. Nã truncus sine pedibus & manibus ac capite: græce thorax dicitur. Cornelius celsus tertio: Sudor autem & cõsuetudine: & modo: & tempore ex toto thorace & ceruicibus atq; etiam capite erumpit: pedibus tantummodo & cruribus siccioribus atque frigẽtibꝰ. Geo. His uerbis Cornelius ne minimum quidem signare uidetur. id græce thoracem dici. quod latini truncum auctore Galeotto uocitent. Nec Virgiliꝰ trũcum Priami appellauit: quod ei desecuisset Pyrrhus manus & pedes: Sed tantum sublato capite dixit. Iacet ingens littore truncus: Auulsumque humeris caput: & sine nomine corpus. Sed quid thorax? Idem Iulius thoracem appellat quicquid anterioris duntaxat

Thorax

Vergilii locus.

partis a collo usq; in coxendices protenditur. quem conficiunt crates costarum: qui & ὁ λμος hoc est mortarium dicitur. Medici tamen in resectionibus humani corporis thoracem accipiunt inane quiddam in pectore extremas costarum partes utrinq; cõtingens. Vnde legimus Plinium sæpe dicẽtem thoracis uitia purgat. & idẽ ad uitia thoracis. Quæ significatio non tam late patet: ut de omnibus morbis: qui in trunco corporis Galeotti more nascuntur intelligatur: sed de his dũtaxat qui intra septa pectoris continent. Dormitabat nimirum Galeottus cum celsum legeret. Nam si uigilans fuisset: quæ subiiciemus uerba de Cornelii quito libro sumpta: nõ præteriisset. Itemq; si fistula os: uel cartilaginem: uel neruum: uel musculos læsit: si articulum occupauit: Si uel ad uesicã: uel ad pulmõem uel ad uuluam: uel ad grandes uenas: arteriasue: uel ad inania: ut guttur: Stomachum: thoracem: penetrauit. Abũde iam ex his patet Cornelium celsum thoracem accipere pro parte cõcaua: de qua diximus: & rursum de tussi loquens Cornelius thoracem tussi obnoxium docet. Ergo thorax pro ea parte corporis: quam Iulius terminat. & ea concauitate quam medici aiunt. apud illustres scriptores accipitur. Gal. Thoracem quidam iuniores & imperiti diploidem nuncupant: cum diplois aliud sit. Nam Hieronymus in expositione illius uersus. Et operiantur sicut diploide cõfusione. sic ait. diplois genus est palii deniq; in ebræo comitra dicitur. Diplois igitur dicitur quia duplex est palium. Geo. Si alios arguis q; significationem diploidis ignorauerint: debebas planius quid diplois esset enarrare: nec confuse & indiscrete dicere palii genus esse diploidem: quanto que enarratius scripsisses diploidem dici a græcis uestem duplicem quam latini abollam appellant. Est enĩ abolla duplici panno confecta uestis. id quod declarat Serui⁹ enarrans illud Virgilii. Et duplicem ex humeris reiecit amictum: Nix⁹ uidelicet testimonio Horatii: qui de Diogene cynico sic ait. Contra quem duplici panno patientia uellat Mirabor uitæ uia si conuersa decebit. Et Martialis de cynico quodam. Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabati. Ergo cum duplex sit abolla uestis: ex officio & interpretantis munere ad diploidem reducenda erat: quãdo si græca cum latinis conferre uolumus id latine dicitur abolla quod diplois græce. Nam & græci milites & philosophi palliati siue chlamydati icedebant: Nostri quoq; nunc abollam pro militari amictu capiunt: ut Seruius exponit: & Martialis innuere uidetur scribẽs.

Olmos idest Mortariũ

Comitra

Diplois

Abolla

Nescit cui dederat tyriam Crispinus abollam: Dum mutat cultus induiturq; togam. Nūc ꝑ ueste philosophi: ut apud eundem de cynico supra tetigim⁹ Et Iuuenalis. Transi gymnasia: atq; audi faci/nus maioris abollæ: Stoicus occidit bareā: Gal. Et manicæ dicū/tur & ferreæ & laneæ. Virgilius. Et tunicæ manicas & habēt redimicula mitræ. & hæc dicitur tunica manuleata. Plautus in pseudulo. Is tum ab aliis manuleatam tunicam habere oportet. Geo. Virgilii carmen adducens Galeottus: quid Aulus gelius de huius/modi tunicis dicat subiicere debebat: hoc est poetam: has tunicas quasi fœmineas & probrosas criminatum fuisse: laudantem pri/scos romanos qui substrictas & breues tunicas citra humerum de/sinentes primo portauerint: præterea illud Plauti legendum non erat: his tum ab aliis: sed usque a cunabulis. ut alio loco clarius di/cemus. Gal. Vbi collum desinit incipit iugulus: qui quasi lacunā quadam efficit. Geor. Si iugulus quasi lacuna est: quomodo de morbis iocinoris signa tradens Cornelius celsus recte & latine di/xit: pectus atq; humeri circa iugulum utrunq; extenuant͂: & rur/sum in octauo exponens ossa corporis. Iugulum autem ad ipsum recuruum: ac neq; inter durissima ossa numerādum: altero capite in eo quod posui: altero in exiguo sinu pectoralis ossis insidit: pau/lumque motu brachii mouet͂: & cum paruo osse scapularum infra caput eius neruis: & cartilagini connectitur: Ouidius in. xii. metamorphoseos cum loquitur de perichimene: quem in aquilam con/uersum Hercules in aere confixit. Et qua leuis hæserat alæ corpo/ris affixi pressa est grauitate sagitta: perq; latus summum iugulo est exacta sinistro. Ex his Cornelii & Nasonis uerbis: os esse iugu/lum: non lacunā: & duplicem esse cōstat. q̄re egregius hic scriptor suo Cornelio fretus: iugulum os appellare debebat: cum subiūge͂ concauitatem illam se recuruātium iugulorum iugulum nōnunq̄ uocitari. hoc in loco non ab re fuerit prouerbium illud antiquoꝝ addere: qui locum in agendis causis nacti firmissimi & acutissimi cuiusdam argumenti͂: quo prolato confoderetur uelut letali uulnere: aduersarius: dicebant iugulum uideo. hoc est locum letalis uulneris. Gal. Mammæ uero pro uberibus ab antiquitatæ uocatæ sunt. Mar. primo. Mammas atq; tatas habet afra. Sed ipsa tataꝝ dici & mammarum maxima mamma potest. Georgi. Nihil di/gnum suo promisso Galeottus profert: ut pote qui publicum asser/torem nostrarum dictionum se promittat: tum ignorata uocum

Manicæ

Manuleata Tunica

Virg. locus.

Plautus explicatus

Iugulus

Prouerbiū

Iugulum uideo.

Tatæ

Mammæ

origine falso atq; ridicule eas iterpretetur: quale hoc est: quod tatā ubera significare contēdat. Mart. distico fretus. cuius iocus festiu⁹ si mām as atq; tatas pro uberibus exposuerimus: hebes insipidusq; iudicari poterit. Quid enim salis haberet īferre. Afram esse maximam tātarum atq; māmarum uixq; risum moueret piperis & nucis emptori: porro quid sibi uellet rei eiusdem repetitio? Verum ut studiosis iuuenibus satisfaciam quid hoc loco māmæ & tatæ significent: exponendum est. & primum qdē dictiōes græcas esse dicim⁹: atq; polluce tradēte. sic eni scribit. ἤδε πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ τηθή· καὶ τὴν μάμμην δὲ καὶ μάμμαν ἐπὶ ταύτης παραληπτέον .i. nunc patris nūc matris matrem significare: quāquā apud Nonium marcellum hæc Catonis uerba legimus: in libro de liberis educādis: cum cibum ac potionem buas ac papas docēt & matrem māmā. p̄rem tatā. ex quoꝝ scriptoꝝ snia colligimus: festiue & acute poetam fuisse iocatum in eam mulierē. quæ cum eēt uetustissima. & p ānoꝝ multitudinē omnium matrū uel auiaꝝ maxima foret: se tamē auderet dicere tatas & mammas adhuc habere in argumentum uidelicet iuuētutis. quippe cum ueterrima iure dici illa non possit. cui uel utraq; auia uel uterq; parēs supersit.

Buæ
Papæ
Mar. locus

Gal. A papilla expapillatus dicitur teste Nonio qui allegat Plauti textum in milite glorioso. expapillato brachio. Geo. Indigna dictio latinitatis assertore: & eo q bellum barbaris indixerit: nam textum nemo nisi indoctus & plane barbarus dixit.

Expapillat⁹
Textus nō latine dici

Gal. Ala autem axillam facit. sicut mala maxillam. Geo. Cicero ad Brutum contra sic ait. quin etiam uerba sæpe cōtrahuntur nō usus causa: sed aurium: quomodo autem uester axilla ala factus ē. nisi fuga litteræ uastioris quam litteram etiam e maxillis & axillis: & uexillo & pauxillo consuetudo elegans latini sermonis euellit. Ciceronis itaq; sententia ab axilla fit ala. non autem ab ala ut tu dicis axilla.

Ala
Axilla

Gal. Ventrem uexant tormina & uermina & paulo infra uermina sunt dolores corpis & uentris maximi. Geo. Qui tam multa de uerminum significatione scripsit. miror cur uerbum a nomine factum siluerit. præsertim cum illud legerit in apophoretis. ubi Mar. ait. Si tibi morosa prurigie uerminat auris. Arma damus tantis apta libidinib⁹. Est enim uerminari: ut exponit Nouius positum ꝓ torqueri a uermib⁹ ꝙ facile se torqueāt.

Vermina
Tormina
Verminare.

Gal. Cōstat enim uēter ex pelliculis qbusdā: quas uocāt pantices. Geo. Hoc nō dicit pōpeius festus. q pātices Fluxum uētris esse ait. Ex te item

Pantices

hoc discere cupio: de quo uentre intelligas exteriori ne. an interiori: ut tuo more loquamur. Gal. De Libro quoq; umbilicum dici Catullus ostēdit uelata, cartæ regiæ nouem libri, noni umbilici lora rubra mēbranæ. & in hac significatione accipitur. quia illuc tanquā ad centrum librorum mēbra conueniunt. Geo. Cur illud siluisti quo frequenter poetæ elegantissime usi legunt: ut cū exactum opus significarēt ad umbilicos se uenisse dicerēt. Horat. in epodo. Promissum carmē iambos ad umbilicum adducere: q̄ sic exponit porphyrio. ad umbilicum adducere: ꝑfinir & consumare opus posuit Horatius. quia in fine libri ex ligno. aut osse umbilici solēt poni. In quem sensum & Mar. finem tertii libri clausit. Ohe iam satis est ohe libelle. Iam peruenimus usq; ad umbilicum. Tu ꝓcedere adhuc: & ire quæris. Et alibi idē poeta. Nunquā grādia nec molesta poscit. Quæ cedro decorata purpuraq;: nigris pagina creuit umbilicis. Et puto id esse ad umbilicos peruenire quod græci dicunt ἐπιθεῖναι τὴν κορωνίν. Hoc est coronim imposuisse. Soliti enim fuerant græci. consumatis operibus. coronim apponere. Vnde prouerbium natum ἐπέθηκαι τὴν κορωνήν ad q̄ respexit Mar. nimietatē sexti libri quodammodo arguēs. Si nimi⁹ uideor seraq; coronide longus Esse liber: legito pauca: libell⁹ ero. Gal. Et digitis inter se pectine iunctis: quod est in octauo metamorphoseos. satis intelligitur pro insertis ad similitudinem pectinis dictum. Geo. Hoc loco expetebam Galeottum ueneficioꝝ causas curiosius indagantem atq; in propatulo nimis libenter de magia differentem: quid momenti atq; iurium occultarum pectinatim inserti digiti habeant: aperire, præsertim cum ouidii uerba de parturiente alcumena dicta: Immo potius de Iuuone: quæ partum herculis impediebat: conueniant cum iis quæ Plinius in. xxviii. naturalis historiæ notat. Assidere grauidis: uel cū remedium adhibet: digitis pectinatim iter se amplexis ueneficium est. id comptum tradunt Alcumēa Herculē parturiēte. Gal. Lumbis nates cōterminæ. Horatius primo sermonum. diffisa nate ficus. & uocat sedes. Plinius. xxiiii. Cinis sarmētorū uitiumq; & uinaceorum condylomatis: & sedis uitiis medetur. Geo. Quis præter Galeottum doctissimi Plinii uerba ita proferre auderet in confirmationem sentētiæ suæ ut ad id quod sentit nihil pertineant. nec significationē uocis apperiāt: an dicere cinerem sarmentorum uitiis sedis mederi: ē explicare quid sit sedes. Sed ut Plinium & celsum legētes: quid sit

Vmbilicus

Ad umbilicū adducerē

Coronim apponere

Prouerbiū

Digiti uincti inter se

Pectinatim

Sedes

ſedes intelligant.rem primum a græcis auctoribus ſumptam expli cabimus. Hi.n.& īprimis Iuli⁹ pollux: & Paulus æginita ἕδραν hoc eſt ſedem: ipſum dactilion: hoc eſt anni circulum appellāt.quo

Dactilion

rū pollux ſic ait. καὶ τὸ μὲν εἰς δακτύλιον ἤγουν τὴν ἕδραν νενευκὸς αὐτοῦ. latine: qđ in dactylion hoc eſt ſedē uergit. Galienus exponens illud Hippocratis ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ταύτην ἄσθματα πλευρίτιδες περιπλευμονίαι. λήθαργοι φρενίτιδες. καῦσοι χολέραι διάρροιαι χρόνιαι δυσεντερίαι. αἱμορροΐδες. ſuper hanc

Hemorroi/des

ætatē aſthmata: pleuretides hæmorroides ſic ait. Hæmorroides ꝑ prius ſane huius ætatis morbus quēadmodum melancholiæ: fiunt

Melācho/liæ

eni de nigra colera qñ in uenas circa ſedē denſius inciderit. Et Pau lus æginita ubi de curandis fiſtulis: quæ in ſede naſcunť ꝑcepta tra dit: mauifeſte docet ſedē eſſe podicē: uel partes illi finitimas qđ idē

Ceuere

ex Celſo colligim⁹. Gal. Ceuere ē molliter & obſæne clunes mo uere: & hoc cynedi facere cōſueuerunt. cum turpia patiuntur. Vñ Perſius tāquā de uirilitate Romuli dubitaret dixit. At non Romu le ceues. Geo. Qui ſermone tam illiberali & impudico qd ſit ce uere exponit: nō aliter debuit ſatyricum ſenſum apire: Res.n.tur pis: quæ nimis ꝑ ſe intelligiť. breuibus & tectioribus uerbis expli/

Perſii locus

canda erat. Sed Perſii dictum tantum a ſenſu Galeotti diſtat: quā tum ipſe a modeſtia & uerecundia abeſt. Ergo quod parꝝ uirilis fue rit Romulus ſatyrus dubitat? quin potius eum uenuſte carpit: qui adulatorio geſtu nimium poetam laudat: nam quærit bellum hoc? bellum hoc? an Romule ideſt romane noſtri temporis: ceues? hoc ē agitando clunes adularis. quippe qui ut aſſentator uix ferēdus nō ſolum uernili uoce: ſed illiberali motu corporis fidem cum gratia

Pyga

apud credulum poetam quæris. Gal. Cum pyga mentula nun cupatur: eſt ratione extremæ partis. pyga enim extremam partem anteriorem q̄ poſteriorem ſignificat: hinc eſt ꝙ nates ſignificat: & membrum: trunci.n.utrūq; extremum eſt. Horatius primo ſermo num. Ne nummi pereant aut pyga. Martialis. & anatis habeas or thopygium macre: ideſt rectam pygam. Geo. pygam mētulam ſignificare in opere Galeotti tantum legimus: Nam græci aucto/ res quorum eſt hæc dictio: pygam poſteriores partes circum ſedem

Hor. locus.

ſignificare uolunt. Illudq; horatianum qđ in cōfirmanda ſua opi/ nione. hic adducit magis a græca interꝑtatiōe ſtat. præſertim cum adulteri. nō reciſo tñ pene. ſed interim podice pœnas darēt: quos

scilicet mugilis & raphanus itraret. quod tetigit Iuuenalis cum di xit. Quosdā & mugilis. intrat & catull⁹. Ha tum te miserum mali q̃ fati. quem attractis pedibus patente porta: percurrent raphani mugilisq́: quod genus pœnæ græci comici ῥαφανιδεύειν appellant. Præterea depygis ab horatio mulier dicitur: Nō catens mētula: sed potius pyga gracilitate ani. Quo conuitio ut tradit pollux: olim comici solebant athenienses incæssere: lipopygas eos dictitantes. A pyga item fit πυγίζω Vnde apud Mart. uetus legit' epigrāmatis inscriptio: philopygista: quæ uoces plurib⁹ uerbis a pudēti & bene instituto uiro aperiendæ non sunt: ne Galeottum imittemur: q uix sibi a parꝫ honesto sermōe tēperare potest. Sed nō min⁹ indiligenter & imperite senarium Mart. iambicum exponit: q̃ im probe ingetat. cum dicat orthopygium. i. rectam pygam. cum orropygium uel urropygium secundum pollucē legi debeat. sitq́ urropygium āgusta & ultima spinæ pars. siue ut pollux sphondilii finis podici eminentis. diciturq́ urropygium quasi terminus pygæ.

Mugilis Raphani

Lipopigæ Mart. loc⁹

Orthopygium

Vrropygiū

Gal. Psoleon ut in priapeis ē. Psoleon ille uocat quod nos psoloēta ceraunon: græcum est: nam præputium dicitur: & de præputio nō est sermo faciendus. Geor. Rustico qui hæc loquitur ignoscere merito debemus. cum præfatione ueniæ: uerba græca indocte pronunciet: ut qui dicat. da ueniam libros non lego: poma lego. Sed Galeottus q sibi omne disciplinarꝫ genus attribuit: uenia nequaquam dignus ē. Nam potuit si græca ignorat: græcos de uocabulo græco consulere: a quibus didicisset qd psoleon significet: simulq́ uenustę uirgiliani ioci uim enarrasset. Nā psoleon præputium græce nō dicit': sed ψωλή: & rusticus opica & imperfecta uerba græca in risum scilicet. nunc truncata. nunc mutata profert. Nam dicit dominum per mutilationem extremæ syllabæ solere proferre psoleon per quod intelligimus cum qui fractis ē testiculis. pro psoloenta. quod genus esse aiunt fulminis celeriter ruentis. & omnia confringentis. hoc item pacto duas reliquas dictiones ad significata græca alludens: cum risu non ingrato apposuit. Gal. a radice membri dependet hernia: sic enim uocatur theca testiculorꝫ. Martialis. Ingens iratis apperuit hernia sacris. Iuuenalis. Laumeduntiades aut Nestoris hernia posset. Geor. Testium receptacula oscheon græci. nostri serotum uocauerunt. quam rem miror Galeottum assiduum alioquin Cornelii celsi lectorem: ut ubiq́ iactat non animaduertisse. Nā ubi de his morbis tractat q in naturalib⁹

Psoleon

Vergi. ipriape. locus Psoloenta

Hernia

circa testiculos oriri solent. sinus: & tunicas his appellationibus diuidit. Sin⁹ qui conspicitur a nobis: oscheon a græcis dicitur nostri scrotum uocant. hernia uero cõmune est nomẽ duob⁹ morbis hoc est enterocelæ. & epiplocelæ: de qb⁹ mox dicem⁹. Sed dicat quæso Galeottus an Mar. & Iuuenalis satis probent herniã esse testiculorum thecam. Gal. Aliquando hernia ipsa dicitur ramex. Iuuenalis. Iacet exiguus cum ramice neruus. Geo. Ramex tantum ab hernia: quãtum a theca testiculorum ipsa hernia distat. Est enim id ramex: quod græci cirsocelẽ appellãt: Sed ut apertius res oĩs explicetur: quando etiam in enterocelico morbo ĩfantissimus hic habet: quæ Cornelius celsus: paulus æginita medicus prudẽtissimus: Iuliusq; pollux de hmõi morbis differãt: Paulo numerosi⁹ subiiciẽda sunt. Igitur si pondere abrupta fuerit tunica: quæ diducere ab ĩferiorib⁹ partibus intestina debuit: eoq; deuoluit omentum aut intestinum cum tumore seroti: enterocelen siue epiplocelen uocãt græci: nostri uero herniam. At cum integris membranis ĩterdum eã partem humor distringit. uel inter tunicas: uel in membranis: græci cõmuni uocabulo utrãq; speciẽ: modo hydrocelem: modo hygrocelen appellant: cuius dictionis immemor esse nõ debebat Galeottus. si paulo accuratius Martialem lectitasset. hoc endecasyllabo fabianum mordentẽ. Derisor fabianus herniarum: omnes quẽmodo colei rimebant dicentem tumidas in hygrocelas: Quãtum nec duo dicerent catulli in thermis subito neronianis Vidit se miser: & tacere cæpit. Quod si integris tunicis uenæ intumescunt: hæ quæ intortæ sunt: & conglomeratæ ad superiorem partem: uel ipsum serotum implent. uel mediam uel imam tunicam: Interdum etiam sub tunica circa ipsum testiculum neruumque icrescunt. Ramex hic morbus a latinis dicitur: a græcis autem cirsocele appellat. At cum super ipsum testiculum neruumq; eius id malum increuit aliquanto longius testiculusq; ipse descendit: minorq; altero fit: utpote alimento amisso raro: sed aliquando tamẽ inter tunicas caro increscit. sarcocelen uocat græcus. Quãdo uero ex inflãmatione dolor ad inguen & ilia peruenit: partesq; intumescunt: neru⁹ ex quo testiculus depẽdet plenior fit: simulq; indurescit: super hæc iguen eamq; nõnunq̃ uarices implent bubonocelen appellant. hæc erãt de hernia & enterocelis notãda & suscribenda: uel si breui⁹ & strictius rem percurrere uoluisset: sic erat præcipiendum: partes circa testiculos infestant hæc morborum genera. enterocelæ: quæ latine

Oscheon
Serotum
Ramex
Cirsocelem
Enterocele
Epiplocele
Hydrocele
Hygrocele
Martia. lo.
Sarcocele
Bubonocele

hernia. hydrocelæ siue hygrocelæ: cui morbo latini nomen non ha bent: cirsocelæ quem nostri ramicem. Sarcocelæ quod nomen latinus non habet. Bubonocelæ. quo item nomine latinus caret. hæc omnia corneliana lectio exigebat. Gal. Hæc pars qua excernim⁹ morbis uariis afficit͛ Sed duobus maxime: hoc ē ragadibus & fico. Ragades. n. sunt fissuræ i circulo ani: Pli. i. xxiii. na. hi. Ragadum uulnerib⁹ linteolus iponit͛. Ficus āt ad similitudinē dicta est. Est. n. quædā res ulcerosa q̄si semīa ficoꝝ. & hic ficosus q huiusmōi morbum patit͛. Hāc ficū Iuue. ad speciē reduxit: Cædunt͛ tumidæ medico ridēte mariscæ. Geo. Quid si docuero ueteꝝ & illustrium medicoꝝ testimonio ficum magis in capite: quam in ano nasci: respondebit Galeottus? atq; adeo magis per Cornelium celsum: quē ī manibus diutius hic habuisse uidetur. cuius uerba subiiciam de sexto eius medicinæ sumpta. Est etiam ulcus. quod a fici similitudie σύκωσις a græcis nominat͛. caro excrescit. sub quo duæ species. Nā alterum ulcus durum & rotundum est. Alteꝝ humidum inæquale. ex duro exiguum qddam & glutinosum exit. ex humido pus mali odoris fit utrūq; in his partibus: quæ pilis cōtegunt͛. Sed id quod calosum est & rotundum maxime est in barba. Id uero quod humidum præcipue est in capillo. hactenus Cornelius: qui non ulcerosam rem: sed ulcus esse ait. nec habere quædam semina ficorum: & in barba atq; capillo fere nasci. Præterea cum morbos qb⁹ tentat͛ anus enumerat: & curationes atq; remedia adhibet: de fico in totum silet. Nequaquam fuit nomen auctoris supprimēdum unde hæc sumpserit hic martius Galeott⁹. hoc cognomine sibi placens nisi forsan diligentius hoc genus morbi: quam prisci medici pertractauit: & ut aiunt linceis oculis īspexerit: atq; ita uel specillo rimatus fuerit: ut ī ea penetrauerit: quæ priores medicos latuerūt. Ego enim celsi auctoritate alioquin maxima: non cōtentus: græcos scriptores adiui: atq; apud Paulum ægynitā in tertio ubi de his loqtur morbis: q solent cutem capitis infestare: hæc cōperi, σῦκα ὀνομάζουσι βραστήματα ἑλκώδη στρογγύλα ὑπόσκληρα ἐνερευθῆ οἷς ἀκολουθεῖ καὶ ὀδύνη φύεται δὲ ταῦτα τὸ μὲν πλεῖστον ἐν κεφαλῆ. Quæ ut potui latina feci. Ficos nominant germīa quædā cum ulcere rotunda cum rubore. quæ dolor seqtur. Nascunt͛ āt hæc plerūq; in capite. nō in ano. sed in capite ficum nasci hic peritissimus medicoꝝ tradit. Iulius præterea pollux in hanc fere sniam sycon hoc est ficum

Hydrocelæ siue Hygrocelæ non habent nomen latinum

Sarcocelæ nomen latinum nō habent

Ragades

Ficus

Sicosis

Ficus

describit. Sed horum nullus hoc uitium podicis. immo capitis esse peculiare scribit: An Galeottum uecterinarius forte docuit? Sed hoc uix credo quãdo uecterina morbo huiusmodi laborare lectum adhuc nõ sit. hic queri uideo cur Iuuenalis dixerit. Caeduntur tumidae medico ridente mariscae. Cui sane q̃stioni respondemus. per festiuam traslationẽ: & si duriusculã: satyrae tamẽ nõ incõcessam: ut rem pa℞ honestã aperiret: appellasse poetã mariscã tubercula q̃dã cum ulcere ex turpi cõfricatione circa sedẽ nata: quod sint morbo similia quẽ sycosin Cornelius celsus. duo reliq scriptores sycon graece uocitent. hoc est latine ficus. At nõ cõtinuo licuit morbũ ui q̃dã: & magis alibi q̃ in pudẽdis nascentẽ peculiarem latentis partis facere. nomẽ illi attribuẽs nunq̃ lectum. Hic ego nõ p̄teribo q̧ idẽ Celsus ait. In sede ulc⁹ simile fungo nasci solere: quod uel caerato tollit̃. uel medicamẽtis uehementioribus: uel ferro adurendum est: quẽ fungum medici quidã putant eum esse: quẽ iuniores ficum appellauerunt. Sed illud ante oĩa miror nõ animaduertisse hũc hominem: neminẽ uete℞ scribere podicem a fico infestari. p̄ter Iuuenalem: q festiuitate poetica mariscas scripsit. Gal. De marisca ite℞ Martialis. Infanti melimella dato. fatuasque mariscas Nã mihi: q̃ nouit pungere: chia sapit. Vult enĩ haec duo fico℞ genera sapore differre. Nã idem. xii. chia seni similis baccho: quã setia misit. Ipsa me℞ secum portat. & ipsa salem. Nã cum me℞ dixit: ad uuam retulit quae chia: unde & chium uinum. Cum autẽ salis meminit de fico intellexit: utraq̧ enim chia dicit̃. Geo. Nec ficus nec uini saporẽ Galeottus discernere aut sciuit: aut potuit. Quare factum est ut eius expositiõe nobilis poeta a se ipso quodammodo dissensisse: aut inconstantia locutus fuisse uideatur. Nam q in epigrammate melimella: atq̧ mariscas: prae. dulcedie succi: infantib⁹ relinquat. chiam uero ficum appetat: quippe quae acore placeat. In xeniis deinde: ficum chiam eis mare setiae natam persimilẽ uino ueteri: scribẽs: quod secum afferat merum & salem: Si ex tua expositione intellexerimus merum de uua intelligi debere: a fico ita uini saporẽ remouebit: ut iam chia bacco seni similis nõ sit: q sapor ab hac ficu remouẽdus nõ est: potius que distichõ illud sic a diligẽti litteratore enarrandum fuit: ficus chia: quae de setinis agris mittit̃: simile quiddam inueterato uino habet: utpote q̃ secum portet merum: hoc est succum referentem uinum: & salem idest acorem non ingratum: quo leui & austero pariter sapore: non solum ficus chiae

Vecterinarius

Iuue. locus.

Sycon

Fungus

Marisca

Marti. loc⁹.

Acor

Chia ficus

commendari solent: Sed auctore Seneca epistolarum libro octauo: poma quædam sunt suauiter aspera: quomodo in uino ueteri: ipsa nos amaritudo delectat. Gal. Ficum pro pomo quartæ & secundę declinationis esse testes sunt antiqui. Nã Suetonius in uita Augusti: sic & pisciculos minutos: & caseum bubulum manu pssum: & fic⁹ biferas maxiẽ petebat. Et plinius. i ficoꝝ autẽ caricas.

Fic⁹ secũde & quarte declina.

Geor. Hic Galeottum suis auctoritatibus cõfodiemus: atq; docebimus eum habere commune quiddam cum lupo: quem ceruariũ appellant: cui grauius in fame mandenti si respexerit: obliuionem cibi surrepere aiunt: digressum que aliud quærere. Nam si memor superiorum fuisset: nõ tam cæcus: & temerarius hoc in loco cõtra sententiam suam Plinium aduxisset in ficorum genere caricas ponentẽ. Cũ supra is dixerit. caricas dactylos uocari: qa dactyli sunt digiti: & caricæ palmaꝝ digiti uident̃. Nimis ẽ: Galeott⁹ ĩmemor atq; silicet dicere immemorissimus. Gal. Notandus ẽ lepos & mordacitas pariter poetæ ĩ Cecilianum. Nam Martialis a Ceciliano irrisus: quia ficus quartæ declinationis dixerat: respondet quartæ & secundæ declinationis. hoc pacto. Cũ dixi ficus rides quasi barbara uerba. Et dici ficos Ceciliane iubes. Secũde enim dũtaxat declinationis Cecilianus ficos putauit esse. Dicem⁹ ficos quas scim⁹ ĩ arbore nasci. hic secũdæ esse cõfitet̃. Dicem⁹ ficus Ceciliane tuos. hic q̃rtæ esse ostẽdit. Sed eo mõ ut Cecilianũ mordeat. & hoc mõ ĩtelligit. Dicit enĩ o Ceciliane dicem⁹ tuos. idest familiã tuã eẽ ficos. tu⁹ enĩ & me⁹ ñ semp adiectiua sunt. Virg. in q̃rto. dulces q̃ meoꝝ relliqas colerẽ. Idem in. iii. Cape dona extrema tuoꝝ.

Ceruarius lupus

Martialis

Tuus & meus nõ semp adiectiua

Virgilius.

Geor. Omitto ꝙ in hac tota q̃stione de ficu: sermõe paꝝ latino: & uix coħærente uteris. dic rogo quisnã sotadi cynedo. & Alexãdro etholo adeo addict⁹ fuit: aut licẽtior q̃ ethologi mimi. qbus summa illa supfuit liceẽtia: si uel minimũ: aut prudẽtiæ: aut pudoris haberet: epigrãmatis sensum ĩ quo de eruditiõe agit̃: & utrũ barbare: an latine dicatur in diuersa declinatione: diuersoq; genere ficus: non infrigidum atq; accersitum iocum: sed in scelus nephandissimum conuerteret. Tum si in tanto tuo corpore esset mica salis: animaduertisses profecto quid: aut salsi: aut amaritudinis: in hoc epigramma te poeta ostenderet: quem cum candore fel: & salem habuisse: Iunior scribit Plinius. Cicerone & Quintiliano auctoribus. hæc lex facetiis. atq; salibus datur. ut nõ solum modestiam ad ciuilẽ usum excutiendum retineant: sed acumẽ: & argutã uenustatẽ: quæ om-

Mar. locus.

nia a fœdissima ista tua:& absurda interpretatiõe absunt. quãdo ineptus & incõcessus esset transitus a generis & decliuatiõis cõtro uersia: in conuitium illiberale atque scurrile. Ergo quãtum Prisciani & Laurentii sententiam probamus: tantum tuam damnamus expositionem: indignã sane homine liberaliter instituto: Et qa niteris approbare: in masculino genere ficum apud idoneos non haberi. auctoritate Varronis: & Lucilii te reuincemus. Nã in libro de re rustica legimus fici quem edimus granum. Nonius Marcellus docens clare id esse: quod petere: hæc de Lucilio affert. sicuti cum primos ficos propalã recẽtis protulit. pretio ingenti dat primitus paucos: Sed quoniã Laurẽtium arguis. ipse te & reliquos barbare: an latine masculino genere dicatur ficus: in antidoton libro docebit.

Ficus masculino genere:

Gal. Sed circulum ani qdã antiquoꝝ locum nominãt. Geor: Apud antiquos ani circulum locum nominari adhuc sane nõ legi. Sed locos pluraliter dumtaxat uuluã latini ueteres dixerunt in muliere. Cato in re rustica. Si mulier locos fouebit. Varro in origine latinæ linguæ. qd locus sit scribẽs subdit. Sic loci muliebres in qbus nascẽdi initia cõsistunt. Pli. in. xi. naturalis historiæ. Fæminis eadẽ oĩa ꝑter uesicã: & intus utricul⁹. unde dictus uterus: ꝙ alio nomine locos appellãt. hoc in reliqs animalib⁹ uuluã. Veꝝ locos eã ꝓprie dixerim genitalẽ partẽ q̃ græci ὑστερικην appellãt id ꝙ collatis hipocratis & nr̃i Cornelii uerbis cognoscet᷑. Hippocrates in apophorismis γυναικὶ ὑπὸ τῶν ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἤ δυστυχούσῃ ὀπταρμὸσ ἐπὶ γενόμενοσ ἀγαθόσ. Cornelius ita ĩterpretat᷑. q̃ locis laborat: aut difficulter partũ ædit: sternutamẽto leuat᷑. & ĩ quinto: si uero cõcidere uitio locoꝝ mulier solet. Plini⁹ itẽ in. xxvii. Imponit᷑ hyoscyami semẽ ex uino locis. & paulo infra callithrix fotu locis medet᷑. apđ Iuliũ pollucẽ υστερα uidet᷑ id significare quod latini secundas dicunt. Et qdã nostri tẽporis solers haꝝ dictionũ ĩdagator uir sane doct⁹: sed diligẽtiæ sue nimiũ gratulat⁹ uix unũ aut alteꝝ his tẽpib⁹ eẽ scribit: q recte nouerit qd loci significẽt. Huius igit᷑ sñiam sup hac dictiõe ĩtelligere cupio.

Loci. oꝝ.

Vtriculus

Vterus

Secundæ

Gal. Sed ad anum pueniunt uenæ hæmorroides appellatæ a fluxu sanguinis: sed cũ cæcæ sint: tunc sunt tubercula q̃dã. q̃ uocãtur cõdilomata. de qbus dixim⁹ supra. Geo. Aliud eẽ hæmorroides a cõdilomatis: nec cæcas hæmorroides cõdilomata uocari: Si ꝑ Paulum: Iuliũ q̃ pollucẽ: Galleott⁹ discer̃ nõ potuit: Celsum suũ diligẽti⁹ reuoluere debuit. Et ea ĩprimis exqrere: q̃ tãtus medicinæ

Hæmorroides

ſcriptor in ſexto notauit: ubi cura eorum malorum legiť: quæ mul
ta tediiquæ plena anᵓrecipit: didiciſſet enim primum morbum eſſe
ragada: quando pluribus locis cutis ſciditur. Secundum morbum
eſſe cōdyloma: tuberculum ſcilicet: quod ex quadam inflammatio
ne naſci ſolet. Tertium uitium eſſe cum ora uenarum ſanguinem
fundūt. q̄s hemorroides græci uocāt. Nec ſolū ſupradicti morbi ſe
dem uexant: ſed in ora uuluæ fœminarum icidere conſueuerunt.
Verum ut magis hæ morbo℞ ſpecies aperiātur: nōnulla ſubiicie/
mus ex quarto Pollucis libro ἁιμοῤῥοης γίνεται μὲν κα/
τά τήν ἡδραν ἔντοσ. ἔστι δὲ ὅμοια μορροῖσ ὤμοισ.
πολλάκισ δὲ καὶ ὑπεροχῆσ ἄνευ γίνεται. ῥάγασ
ἁιμορραγοῦσα. τυφλὴ αἱμορροίσ ὄιδη μαλειον
ἐρυθρὸν ἔντοσ τησ ἕδρασ ὀυτω κλήθεν. ἐπεὶ ἔσθ/
οτε ὄυ καὶ μορροεῖ κονδύλωμα περὶ τὴν στεφά/
νην τοῦ δακτυλίου ἔυιατον ὄιδημα. hoc ē hemorrois
fit ſcd̄m ſedē intus. eſt āt ſimilis moro crudo. ſæpe ēt ſine extantia
generať: Rhagas cū ſanguine rumpēs. Cæca hæmorrois: tubercu
lum ē lene: rubicundum intra ſedē natum. ſic dictum qm̄ cōtingit
aliqñ ꝙ ſanguinem nō emittat. Condyloma uero circa coronā ani
ſanabile tuberculum: & circa ſedem condilomata magna nō labo
rioſa naſcūtur. Ex tot nobilium ſcriptorum dictis: ſatis conſtat qd
inter ſe differant hi morbi. Gal. Hanc ſciam quidam uocant. &
ſciaticos dicunt qui coxendice claudicant. Geor. Peto abs te q
ſciam ſint dicentes: græci latiniue: ſi noſtros dixeris: ſciam legiſſe
plane non memini: ſi græcos dixeris. iſchia hoc eſt ἰσχια legunt
græci cum ch. aſpirata. forſan barbaros dices. ſed ſi mores barbaro
rum tibi placent: & linguæ commertium: nō erat latina dictio cor
rumpenda. Nec eſt quod crimē i ipreſſores deriues: quādo ſine mē/
tiōe græcorum latinorumue ſcriptorum quidem ſcripſeris. Ergo
cum ſit græca dictio quid ipſa ſit: Pollux nobis aperiat: qui tradit
carnoſas poſt lumbos utrinque eminentias iſchia appellari. Quæ
uero poſt hæc increſcunt γλοῦτοι hoc ē latine nates. Duo illa
oſſa circa q̄ uerſura fit: ita diſtinguntur: ut cōcauum illud ſuperius
κοτύλη dicatur. latine acceptabulum. Inferius uero os iſchia. ꝙ
noſtri coxendicē dicunt. quā diſtinctionē: his Plinii uerbis colligi/
mus libro. xxviii. Item oſſa ex acceptabulis. qua coxendices uertun
tur. Ergo coxēdix eritᵓ uertebra cotyiæ infixa. quā pixidē appellāt.
neruis quibuſdā ita illigata: ut facilis coxa℞ motus atq; flexᵓ fiat.

Ragades
Cōdyloma
Hæmorroi/
des
Scia
Iſchia
Nates
Acceptabu
lum
Coxendix
Cotyla
Pixis

Vnde qui coxẽdice laborãt: iſchiatici: non ſciatici. uel hiſchiadici ἰσχιαδικοὶ dicuntur. Varro tamen i libris de origine latinæ lin guæ: coxendices græcum eſſe contendit: adducens ueterem comi/ cum dicẽtem: circa coxendices ſunt nobis. id græcum eſt ob ei⁹ loci uerſurã Gal. Sed hæc tegumẽta pudẽdorum quidã impiti brac/ cas appellant: cum braccæ dicantur longa ueſtimenta ex pellibus facta. Ouidius. i. libro de triſtibus: Pellibus hirſutis arcẽt mala fri/ gora braccis. Oraque de toto corpore ſola patent. Idem in eodem: Pellib⁹: & laxis arcent mala frigora braccis. Oraque ſunt longis horrida tecta comis. Idẽ i eodẽ. Hos quoq; qui graia geniti dicunt ab urbe: Pro patrio cultu: perſica bracca tegit. Geo. Hunc ha/ bet Galeottus morem: ut fere ueterum auctoritates: aut contra ſe: aut nihil ad præſens negocium faciẽtes: afferat. Siquidem Oui dii uerſus: nec ueſtes longas: nec ex pellibus braccas cõſtare ꝓbãt. Immo diuerſum. cum ſcribat poeta. Pellib⁹ & laxis arcẽt mala fri gora braccis. Nec facile idoneum ſcriptorem quiſpiam inuenerit: qui ex pellibus braccas abſolute confici tradat. Quod ſi latini: uel potius galli: eas ueſtes braccas appellant: quas græci anaxiridas uo citent. Tegmenta quædam accipienda ſunt: a coxendicibus & umbilico: ad crura uſq; producta. quibus interdum genua: inter/ dum crura ipſa teguntur. Eaque Hieronymus in Danielem ait Sa rabara a caldeis uocari. Ad Fabiolam uero de ueſte ſacerdotali ſcri bens: ipſam braccarum formam: & quos uſus in tegendo corpore braccæ præſtent: adeo aperte exponit: ut de ſententia noſtra dubi tandum non ſit. Quare tanti ſcriptoris uerba ipſa ſubiiciemus. Di ſcamus primum communes ſacerdotum ueſtes: atq; pontificum li neis fœminalibus: quæ uſq; ad genua & poplites ueniunt: uerecũ da celantur: & ſuperior pars ſub umbilito uehemẽter aſtringitur: ut ſi quãdo expediti mactant uictimas: tauros: & arietes trahunt. portantq; onera: & in officio miniſtrandi ſunt. etiam ſi lapſi fue/ rint: & femora reuelauerint: non pateat quod opertum eſt. Inde & gradus altaris prohibentur fieri: ne inferior populus aſcẽdentium uerecunda conſpiciat. uocaturq; lingua hebrea hoc genus ueſtimẽ ti Maſchinaſſe. græce. ἀναξυρίδας. a noſtris fœminalia. uel braccæ. uſq; ad genua pertingẽtes. Gal. Hinc gallia braccata di cta eſt. renonibus enim utebatur: ideſt ueſtimẽtis ex pellibus: quod etiam tãgit Propertius. Illic uirgatis iaculantis ab agmine braccis Torquis ab inciſa decidit unca gula. Sed Virgilius de gallis locut⁹

Iſchiatici

Baccæ

Anaxiridæ

Sarabara

Maſchiaſſe

Fœminalia

Renones.

Virgatæ ueſtes

ἀπο τῆσ κλιμακοσ. i. ſcala climactericus. i. ſcanſilis. Gal. Galeotti Martii narnienſis ſecundus: & ultimus de hoīe explicit. Geo. Nō minus barbare librum ſuum cōcluſit: q̄ incohauit hic noſter elegantiæ latinæ uindex: Nam ut in principio dixit liber de homine incohat primus. Ita in fine ut idē auctor opis cognoſceretur explicit poſuit: quod uerbum p q̄ barbarum eſt. At quātum accepi in iurgio reſpondeas: uitiū hoc approbāti i ipreſſores culpā reiecit: ut pote dicēs explicat per. a. ſe ſcripſiſſe nō p. i. quæ defenſio ſolæciſmi ſiue barbariſmi nō minus barbara & fœda eſt: q̄ error ipſe: quādo nuſquā lectū ſit explicat abſolute i hac ſignificatiōe. Sed explico uerbum habemus actiue ſignificationis: quēadmodū ichoat accuſatiui caſui ſemp iunctum: Martialis in prio Decq; decē ſemp plures ſeruantur oliuæ: Explicat & cœnas unica mēſa duas. Idem apophoretis: Quouiſcūq; loco potes hunc finire libellum Verſib⁹ explicitum eſt omne duobus opus. Potuiſſem pluribus in locis multa de cōpoſitione: atq; ordine orationis notare: & diſperſim ea inſerere: prout cauſa: & locus exigebat: nec non plurima de orthographia dictionum adiungere: & alia nōnulla ſtringere. Sed cum leuis foret defenſio ſi in librarios aut oparios ipreſſoꝝ culpa deriuaſſet: illa præterire ſilētio ſtatui. Quid eſſet talus quo ue iactu tali emitterentur: collatis diuerſorum ſcriptorum dictis: neſcio qd non admodum a ueritate abhorrens aſſecutus id tradidi. Verum ut eſt ſolers ſtudioſorum natura: cum in hoc mihi non ſatiſfacerē: diligentiuſq; uetuſtiſſimos quoſq; ſcriptores: tam noſtros: quā græcos: perſcrutarer: an aliquid dep̄hēdere poſſem: quod a uetuſtis auctoribus ſumptum: fidem: & auctoritatem in re dubia aperienda: & explanāda: hēret: forte incidi i illud Homericum: ubi Patrocli anima per quietem achillem magis corripuit: q̄ admonuit: ne amici obliuiſceret: ne ue eum mortuum contemneret: quē uiuētem tātopere dilexiſſet: ſed potius humari corpus iuberet: ut conditis manibus in ſedem ſuam recipi poſſet. Recordaretur autem q; puer in domo Pelei educat⁹ foret: Cū ex Opōte fugiſſet: ob cedē Amphidamantis filii: quē ἀμφ᾽ ἀστραγάλοισι: χολωθείσ hoc eſt

Mart.

ita percitus: i talorum ludo occidisset. Quod uerbum exponẽs eru
dite Eustathius: de astragalis id est talis: plurima annotauit quæ in
latinum conuersa huic operi subiungere uolui: in gratiam eorum:
qui de huiusmodi ludo cognoscendo: cuius frequens est apud lati/
nos scriptores mentio: soliciti admodum sunt: Ergo post multa de
genere: & etymologia dictionis repetita astragalos ἀστρίας ab
aliis dictos esse ait & ἀστρίζειν astragalis ludere: quod ꝓbat au
ctoritate Callimachi: fiebat autẽ hic lusus talis quattuor: quorum
quisq; casus quattuor habebat: nõ autem sex: quemadmodum cu
bi: hoc est tesseræ: in quibus per septenarium numerum contraria
quædam constituitur oppositio: nam utcũq; cõstiterit tessera. sem/
per puncta sex uni opponuntur: tria quattuor: duo uero quinq; ha
bet opposita: quæ oppositio in solis cubis habetur: quippe planicies
habentibus. Sed omnes casus talorum pro cõsuetudine ludẽtium
assumptorum erant quinq; & triginta. quorum quidam a diis. alii
ab heroibus: alii a claris hominibus: aut a meretricibus nomen ac/
cipiebant: nõnulli uero a quibusdam: nunc in laudem: nunc in ui/
tuperationem accidentibus denominabantur. Et quidam in ipsis
casus Stesichoꝝ dicebatur: q̃ppe octonarium significans: quoniã
sepulchrũ Stesichori: quod erat in Himera urbe siciliæ: octo angu
lorum fuit. Vocabat̃ & alius casus Euripides: quippe q̃draginta si
gnificans: quoniam uidetur Euripides unus fuisse q̃draginta præ/
fectorum: post triginta tyrãnos athenis exactos. Sed iactorum: ut
aiunt: qui sex cõtinebat: is γοης dicebat̃ & ἑξίτης hoc est lati/
ne: senio. Qui uero unum cõtinebat chios dicebat̃ & κυών idest
canis: unde ꝓuerbium χῖος παραστὰς κῶον, ὄυκεάσω
latĩe chius astans γον nõ permittã: Secundum quod apud Strat
tedẽ comiũ legit̃ κῖος παραστὰ κῶον ὄυκεᾶλεγείν hoc
est chius astãs coum nõ ꝑmittit dicere. ad quod uidet̃ allusisse Ari/
stophanes Cum ait. ὄυχῖος ἀλλάκεῖος η κῶος significat ia
ctus hic canũ cõtrariã quãdã calculi ruinam in regionibus q̃busdã
ꝑ lineas i lusoria tabula designatis. multisq; iacẽtibꝰ calculis quos
oportebat cõtra ꝑdere: dicebat̃ autem Regiões ille. urbes segetes/
seraria. Canes uero calculi: qui sibi e diuerso insidiebant̃ illud nos
addimus ex Varronis Gelii & Macrobii sentẽtia: cubos dici latine
tesseras. Sed astragalos uocari latine talos: si libros Aristotelis ubi
de partibus animalium scribit: & nostri Plinii scripta q̃s contu/
lerit cognoscet.

Astragalus
Talus
Cubus
Tessera
Stesichorus
Euripides
Senio
Chios
Canis
Cubi & tes/ seræ idem
Astragalus & talꝰ idem

GALEOTTVS MARTIVS FEDERICO DVCI EX VRBINOSA.

IAmdiu Illustrissime Princeps exoptaui aliqd excudere: quod acutissimum iudicium tuum sine rubore subire possit: ut illud tibi nominatim dicarem. Iudicabam enim indignum uacuis manibus illum adire: qui inter Principes principatum optinet. Vetus enim est: ut huiuscemodi uiris: munera in uirtutis testimõia offerãtur. Vnde illud a poeta de Augusto dictum est: dona recognoscit populorum. Tu nãq; totum orbem detriumphasse iudicaris: quod luce clari⁹ apparebit. Nã principes cæteri: aut genere: aut regni amplitudine: aut rebus gestis: aut his omnibus sunt cõspicui. Sed qui rerum gestarum amplitudine: bellorum uarietate: (de his loquor qui ab exiguis initiis ad summam gloriam peruenerunt) & potentia pariter doctrina singulari tecum conferri possit: habemus ætate nostra neminem. Tu enim scientia rei militaris: in qua a teneris usq; annis sub Nicolao picinino nutritus fuisti: fortitudine in periculis: in dubiis iudicio: in certis constantia: in conflictu strẽnuitate: in ipsa uictoria tanta fuisti moderatione: ut possis cum omni antiqtate certare. non enĩ maximi exercit⁹: summiq; apparat⁹: sed pugnæ cũ uictoria duces illustrãt. Et ut q̃ ab aliis de te scripta sunt omittamus: Tu labentem Italiam erexisti. tu regis Alphonsi eiusq; filii rem ac statum defendisti. tu Florentinos protexisti. tu Põtificis Pii rem non modo fluctuãtem: sed collapsam & pene extinctam: ita fouisti ac firmasti: ut ea stabili & incõcussa posteriores potirẽtur. Quæ enim ætas conticescet? quibus animis: quaue rei militaris peritia: maximum & fortissimum exercitum Sigismundi Pãdulphi ducis ante te inuicti: & in omni bellorum genere cũ gloria uersati ita afflixeris: ita deleueris: ut amisso patrio: auitoq; regno: & illo qdẽ amplissimo ĩ ãgustias q̃sdam se recepit. ad misericordiãq; cõfugerit. quã a te facile impetrauit. multa hoc indicant. in qbus nec illud est in postremis: q eius filium Robertũ uirum magnificum ac strenuũ: nõ mõ in regno paterno continueris: sed nominis tui claritate & nuptiis honestissimæ filiæ decoraueris: hic facile apparet te nõ de regno: nõ de uita: sed de

Marginal notes: Augustus; Nicolaus picininus; Alphonsus; Sigismũdus Pandulph⁹; Robertus

gloria cum Sigiſmundo certaſſe.quãdoq́dem diſcordiam uictoria ipſa terminauit. Quid in medium afferã Bartholomei culleõis ducis primarii terribiles & minas & apparatus: q̃bus totum fere orbẽ deterruit: omne regnum pauore concuſſit: principes ac ciuitates liberas: de reb⁹ ſuis dubitare coegit. Nemo enim ſciebat quo tot peditum equitumq́ acies: tot Ducum ac Principum turmæ: quaſi tempeſtas quædam irruerent. cum Gallia timeret: titubaret Germania: Illiria paueret: turci porcellam illã in ſe ſurrexiſſe putarẽt: Italia ſuum hoc flagellũ crederet. p̃ces omnium gentium: uota nationũ ualuerunt. unum depoſcentium q̃ huic tãto & tam periculoſo bello obſiſteret. Itaq́ factum eſt. Tu illuſtriſſime Princeps: prio animos hominũ confirmaſti: deinde tua ſingulari uirtute: ſapiẽtia inaudita: fortitudine admirabili: ſtratagemate incredibili: tũc preſertim cum in medio conflictu: cum manus manibus cõſeruiſſent: cum pugnæ omnes eſſent intenti: tormẽta cõparuerunt exercitũ omnem diſſipantia: adeo Bartholomeum repreſſiſti: adeo conterruiſti: ut qui totam Italiam ſpe conceperat nõ niſi de fuga cogitaret: & totam Europam metu liberaret: ſi nunc de more eſſet: pro his rebus ut libero patri & Herculi antiquitas: diuinos exhiberemus honores. Sed hæc talia ſunt ut in aliis quoq́ aliqua ex parte cõſpiciãtur. Vnum tamen peculiare tibi eſt: quo totum orbem uincis: quo cunctos ſupas pricipes: hoc eſt doctrina: In oratoria eni & poetica tantum: & tam acutum nouerunt: ut non ſine timore quantuncumq́ eruditi libros dicent ſubituri iudicii tui examen. Accedit etiam ad hoc q̃ in ea quæ omnium mater diſciplinaꝝ eſt philoſophia: tantum die noctuq́ uerſaris: ut non minus pugnaces argumentationes in diſputando philoſophi ſentiant: q̃ in pugnãdo te milites uiderit. Caute enim ſolerterq́ & pugnas & diſputas: uarietatemq́ illã in traductione moleſtam diſceptãdo: diſtinguẽdoq́ ad ipſam reuocas ueritatem. Oculis enim noſtris uidimus te libros ariſtotelicos ita euoluentem. ut uno momento quæ in dubio erant repereris. Hæc igitur animaduertens te ex omnibus principibus elegi: cui opus hoc dicarem: in quo de litteris & doctina diſceptatur. ex ſe cõponere facile ẽ homini uel mediocriter erudito: apponit enim quæ uult & quæ deſperat niteſcere poſſe reliquit: ut flacci ſermone utar: ſed aduerſariis reſpondere: obiecta purgare: maledicta diluere ac contraria confutare: quam difficile ſit nemo eſt qui nõ intelligat: cum q̃ reſpondet nõ q̃ ipſe cupit apponat: ſed

Bartholomeˀ culleo.

Gallia
Germania
Illiria

Liber pater
Hercules

Oratoria

Philoſophia

ad aduersarii respōdere cogatur arbitrium: Vnde quæ a mediocri/ter eruditis aliquando fuerunt obiecta: non potuerint plerumq a doctissimis acutissimisq uiris ulla ratione refutari. adeo ualidiora sunt hostium uulnera quā iuuātium medicamenta. Opus igitur nostrum ea refutat quæ Georgius merula quattuor annorum spatio in librum nostrum de homine excogitauit. Huius autem confuta/tionis uolumen cui dicari debuisset Princeps Illustrissime: nisi tibi humanitate: eruditōe: primario: ī quo doctorum uirorum spes unica collocatur & doctrinæ iudicia constituuntur. Tantus enim ī doctos amor existit ut apud te defunctorum poetarum iam per multa secula in agendis negotiis habeatur respectus. Nam cum uolater/ras etruriæ urbem muntissimā expugnatis tanta celeritate ut prius expugnatio q̄ oppugnatio audiretur summa clemētia maxima humanitate ī uolteranos usus es: propter memoriam persii satiri inde oriundi. desinant iam admirari Alexandrum qui in direptiōe thebarum penatibus familiæq pindari uatis parci iussit. Sed quis doctos colit: nisi doctus? qui amat uirtutem: nisi qui itelligit quid uir/tus ualeat? quo pacto res gestas magnificabimus: nisi earum diffi/cultatem intellexerimus? qui item dux erit consumatus nisi doctrina refulgeat a qua multa discere potest: quæ breuis ætas experimēto subtraxit. huius rei testimonium afferunt Alexander magnus. Iulius Cæsar. Hanibal pœnus. qui omnium cōfessione summi fuerunt duces litteris & doctrina ornati. Hinc manauit illa uox quæ in ore omnium est: si unus consumate uirtutis eligendus esset cui summa rerum nostrarum prudenter credi posset aduersus turcorum potentiam quæ iam Italiam quoq deuastat: Tibi omnes ciuitates. tibi omnes Principes. tibi omnes qui sapiunt palmam deferrēt: nō dico hoc temere. Nam me audiente hoc sæpe conclusum apud Prīcipes: ac Reges Europæ redintegratur: in aliquibus non multis tamen bellandi uirtus apparet: sed quæ hanc ornant comitanturq uirtutem ī nullis ætate nostra noscuntur. Sed nos librum nostrum ad te attulimus ut ad Imperatorem omni gloria cumulatum: inter primarios omnium seculorum Duces & cum Alexandro: Cesare Hanibaleq constituendum.

Georgius merulla

Volaterre

Alexander

Iulius Cæsar.

Hanibal

GALEOTTI MARTII NARNIENSIS REFVTATIO OBIECTORVM IN LIBRVM DE HOMINE A GEORGIO MERVLA INCHOAT.

DIu mecum ipſe agitaui deberem ne maledictis cuiuſdam Georgii Merulæ reſpondere. an quæ in librum meum de homine: pariterq; in me: ſtulte & impudenter ingeſſit: ſurda aure pertranſire. Alia ſiquidem ratio ad reſpondendum hortabatur. diſſuadebat alia. Ad illius ſiquidem dicta refutanda: quib⁹ quattuor annos impendit animus inclinabatur. quoniã dimittere hæc (licet friuola ac temeraria inſulſaq; noſcantur) indiſcuſſa & irrefutata: eſt cauſam quandam & occaſionem audaciæ ac loquacitatis omnibus minutis grammaticis: cunctiſq; pedagogulis: in queq; doctiſſimum uirum blaterandi: obloquendiq; præbere: Nã nihil ſtultius inſolentiuſq; eſt his: q̃ tria quattuorue Ciceronis aut Quĩtiliani aut Plinii uolumina ꝑtractarunt: Induerunt nãq; falſam quãdam ſcientiæ perſuaſionẽ. ita ut nihil bene: nihil eleganter: nihil deniq; latine dictum arbitrẽtur: niſi quod in his pauculis codicillis: & his quidem male intellectis repererint. Vnde fit ut inſania quadam uexati: audeãt de unoquoq; iudicium: tãquam latinæ linguæ arbitri: impudenter peruerſeq; afferre. Verſant̃.n. inter pueros: q̃ præceptorum ſuorum ferulam timentes: ſublandiuntur. eoꝝq; facta ac dicta admirant̃. adeo ut hi minuti magiſtri mirum in modum intumeſcant. nec iniuria. nam nec a ſeipſis ſapientes: nec ab aliis emẽdati: pueriliter ſtulteq; ſentire inſueſcunt. Deliri nãq; hois ea eſt natura. ut niſi acri obiurgatione: aut fuſte: aut cathenis reprimatur: adeo inſoleſcat ut ſeſe aliquẽ credens oẽs inferiores putet: & hominis modeſtiã: ac taciturnitatẽ: timorẽ aut inſcitiam credat. cuiuſmodi uidem⁹ Merulam: qui ſuis illis codicillis: omnibuſq; ſchedis iterum atq; iterum perlectis: ſpacio quattuor annoꝝ putat ſe omnia tenere. Non enim potuit reperire quæ nobis obicit tãquã barbara: & in coquinis: ut ipſe ait excogitata. Hæc igitur ratio me ad reſpondẽdum ſæpe & multum hortata eſt. Econtrario diſſuadebat philoſpphia. quæ hominem ita inſtituit: ut ridentem non rideat. percutientem non reper/

Georgius merula

Deliri hois natura

Philoſophie laus

Socrates

entiat: & latrãtem non latret. Socrates enim ipse Satyro teste: qui partem acceptæ sæuæ inter uincla cicutæ accusatori nollet dare: princeps habet philosophoꝝ. præterea respondere iurgiis & male dictis grauissimum est homini prudenti. Iurgia enim & maledicta: benedictis diluuntur. benedicta ãt nõ nisi a laudis & gloriæ: & bonoꝝ moꝝ cõmemoratione: & amplitudine disciplinaꝝ. aliisq; huiusmodi rebus emanãt. prædicare autem de seipso: laudesq; suas in medium afferre: q̃ turpe indecorumq; sit: nemo ẽ q nõ intelligat. cum ubiq; præcipiatur euitandam ac fugiendam esse arrogantiã.

Galeottus

Nã si Galeottus contra Georgii merulæ detractionem & maledicta narrauerit: quæ probe sapiẽterq; gesserit: seq; in omni disciplinaꝝ genere uersatum: publiceq; legisse: ac etiã nunc legere. nõne maliuolẽtiam potius q̃ beniuolẽtiã captabit. præsertim cum tempestate nostra perpauci reperti sint: & fortasse nulli: qui more ãtiquo instructi: uenerint ad philosophiam. incredibile siquidem uidebit in Arithmetica: Geometria: Musica: & Astrologia: quæ q̃druuiũ illlud constituunt. sine quo nemo putabat posse philosophari: Galeottum ita detritum: ut in oĩbus legerit. docuerit: composueritq;. sed hanc prædicationis nostræ suspitionem excludet amor ueritatis. Non enim aliquo pudore affecti: aut aliquo terrore concussi: ueritatẽ debemus relinquere. pro qua omnis philosophia laborat: & iamdudum laborauit. His igitur ratiõibus auditor lectorue nobis ignoscet. si coacti in laudem nostram aliquid refundemus. in quo q̃ maxime poterimus modestiam seruabimus. Vnum tamen mihi onus imponitur: quoniam nescio quo utar instrumento: ad capiendam merulam. Merula siquidem piscis est & auis. De pisce sic. Q. Ennius: Menalium: turdum: merulas: umbrãq; marinam: Polyp⁹ corcire Caluaria pinguia carne. purpura marini mures dulces quoq; ochi: & de aue loquitur Pli. decimo natu. hist. his uerbis. Merula ex nigra ruffescit. canit æstate. hieme balbutit. circa solstitiũ muta. Erit igitur mihi negotium cum aue: & pisce. Vnde parabo idonea instrumenta: aliquando ut aui: mãdabimus georgio laqueum. plerũq; ut pisci hamum: sæpe ut utriq; rætia. Sed his omissis ueniam⁹ tãdem ad rẽ nr̃am. In primo capite Georgi⁹ uoluisset ut scriptus de hoĩe fuissem imitatus græcos aut latinos: & q altius icepissem: Non nosti animum meum Georgi? Galeottus debuisset imitati? nescis Georgi imitationem esse paruæ doctrinæ? & ingenii infæcundi? Ille enim imitatur: qui se fingit similẽ alicuius: qui uero sin/

Scientiæ q̃ Quadriuiũ cõstituunt

Merula piscis & auis

Imitatio paruæ doctrinæ indicium

gularis ingenii summæq; doctrinæ est: non nestigiis aliorum isistit: sed itinere suo: sine duce: quo cupit euadit. Ideo obnixæ operā dedi in compositione libri de homine: quæ ab aliis dicta sunt ut omitte/ rē. Qui.n.embrionē formatumq; in utero hominē intelligere uo/ luerit. ad alios cōfugiāt. Nō.n.dat' uicio alicui si: ea q̄ uult scribit: & icipit unī uult: & ubi uult desinit: dūmō i his q̄ scribit: n̄ sit uiciū. Nā libeꝝ fuit Ciceroni: & Virgilio: Dēostheni: & Hōero: & reliqs tam græcis q̄ latinis scribere quæ uoluerunt: & nō quæ nos opta/ mus: nec ullus unq̄ liber fuit q. omnia continuerit. Nescio igit' quo furore percitus: mihi sæpe uitio uertis: multa i libro meo tacuisse: quæ tu forsan pueriliter & idocte cōcupiscis: & carpis. qa aliorum sum dissimilis: tu carpis inquam cum teste Liuio noui semp scripto res aut aliquid certius allaturos: se aut scribendi arte rudem uetu/ statem superaturos credunt: & hæc Georgi profecto dissimilitudi/ nem pariunt: non scripsimus librum de homie hac fiducia: ut Hip pocratē: Galenū: Paulum: cassium: Felicē: Cornelium celsum: & plurimos ingenio arte usuq; illustres medicos uelimus supare: sed ut aliquid noui afferamus. In libro autem nostro plurima noua & clariora & elegantiora esse: qui leget: facile intelliget. Præterea. Georgius uoluisset me non tale dedisse principium: his diebus pro xime elapsis: qui sermo est in prohemio de homine: dicens: exactis siue superioribus dicendum erat. Merula si saperet hæc diceret nū quā: nonne uarii sunt dicēdi modi? diuersæq; dictiones? non intel/ ligo qd uicii sit in hoc sermone: proxime est legans aduerbium: ela/ bor unde elapsus uerbum latinum. Sed diceret quispiam cur sic di xerim: unde cogor rationem reddere? differunt hi sermones: dieb9 proxime elapsis: & diebus superioribus: Nam superius dixit & ꝓ/ pinquum: & longiquum temporis aut loci spaciū. proximum uero ꝓpinquum duntaxat: nisi referat' ad ordinem. ut in Virgilio. Pro/ ximus huic longo: sed proximus interuallo. ibi namq; currentium ordo perpēditur: ita ut secundus prio proximus esset ordine: non spacio. Quod autem proximus & superior: i hac nostra significa/ tione differant: ostēdit Cicero quito familiarium i epistola ad Ruf fum dicens: Itaq; me & superiores litteræ tuæ admodum delecta/ uerunt: quibus & expectatum meum aduentum abs te amāter ui/ debam: & cum aliter res cecidisset: ac putasses te meo consilio ma/ gnoperē esse lætatū: & his ꝓximis litteris magnum cepi fructū: & iudicii & officii tui. Idē i Catilinā: qd ꝓxia qd supiori nocte egeris:

Embrio

Cicero
Virgilius
Dēosthenes
Homerus

Medicoꝝ nomina

Elapsis die/ bus latine dici

Superioribꝰ diebus
Proximus
Virgilii lo/ cus

Cicerōes lo cus

ubi fueris: quos conuocaueris: quid consilii ceperis: quem nostrum ignorare arbitraris? Cicero igitur o merula cui mando laqueum: putat differentiam eẽ inter superiores & proximas tam noctem q̃ litteras: sed forsan non putas proxime aduerbium esse latinum: at Cicero putat. Vnde in eodem epistolarum libro ad Titum: & ꝓxi/me recenti aduentu meo cum rem aliter institutam offendissem: si uerbum labor & elabor suspicaris barbarum: lege Ouidium: La/bitur occulte fallitq; uolatilis ætas: & Virgilium dicẽtem: Trãseat elapsus prior: cum igitur diximus: his diebus proxime elapsis: ad/monuimus de temporis nostri breuitate & fallacia: labitur enim oc culte fallitq; uolatilis ætas. & nihil est annis uelocius: ita ut quasi me inscio tempus fuerit elapsum: & non exactum ut tu optasses: exigere enim ẽ excludere. nam si sic dixissem: accusassem ignauiã meam apud eum: nomine cuius librum edidimus. Non igitur cõue nisset menti meæ: neq; exactum neq; superius: hec tua stulta consi deratio est: ac si diceres: Virgilius facta librorum suorum: quos ip/se probabat commemoratione posuit: arma uirũq; cano. & Stati⁹ aliud dedit initium. Inquit enim: Fraternas acies: alternaq; regna ꝓphanis decertata odiis: sontesq; euoluere thebas pierius menti calor incidit. O facinus dignum animaduersione. Virgili⁹ dixit ca no. & hic: pierius mẽti calor incidit: tanquam latina lingua nõ nisi unum dicendi modum habeat. In alio etiam suam doctrinam ostẽ tat, Georgius Refert enim uerba ipsius tituli. Liber de homine in/choat: & subicit: Titulus hic iam lecturis spõdet auctorem operis perquam rudem esse: qui præter doctorum consuetudinem cum manifestario solœcismo inscriptionem fecerit. Nam apud idoneos accusatiuo casui semper iungitur ichoo. ut pote actiuæ significatio nis uerbum. Virgilius in Georgicis. Te sine nil altum mens inco/hat. Idem. Incohat aras: Cicero: Inchoatum opus reliquit. Sueto/nius: Emissarium fucini lacus ichoauit: quos secutus Diomedes: ĩter accusatiui idiomata enumerat: Inchoo opus: hæc merula pi/scis. Et sunt qui credant Georgium non habere peritiam artis grã maticæ? qui tam abstrusam rem i medium attulerit: excogitasti ne tu Georgi hæc: an ab alio didicisti? Nam apud istos nequiuisti repe rire ichoo alterius constructiõis. Cur quæso nõ lectitasti alias sche das: quas domi hẽs? fortassis occurrisset tibi: & mitius egisses cum Galeotto. quem perquã rudem dicis: qui posuit ichoo ĩ illa constru ctiõe. Sed quid nunc agam nimis acute argumentat᷑ Georgius. nã

Proxime

Labor. eris

Exigere

Virgilius
Statius

Quintil. ter tio libro. q̃d hic liber in/choat

eius argumentatio hoc insinuat: in libris Ciceronis & Virgilii: & Suetonii: & Diomedis: non reperitur inchoo nisi actiuum. nusquã igit̃ in alia significatione reperitur: o acutum dialecticum: q̃ optie argumẽtaretur is qui: diceret: in istrumẽto ueteri & i Homero: & Pindaro: & buccolico Virgilii: nulla mentio fit de bello Iugurtino Bellum igitur Iugurtinum nusquam commemoratur. pudet me profecto: pudet his nugis respõdere. Vereor enim dum ad hæc minuta descendam: ne uidear huic minuto grammatico simillimus. sed necesse est respondeamus. ne iter puerulos suos balbutiat merula auis: aut ut piscis natitet. Verba quæ significant principium: aliquãdo sunt actiua: & ab alio inicium capiunt. plerũq; sunt neutra & absoluta & a se incipiunt. Vnde dicimus: ego incipio ãnum: & ãnus incipit. In alpibus incipimus uiam: & uia in alpibus icipit. sic librum inchoo: & liber inchoat. quod ita esse auctoritate sũmorum uirorũ comprobabimus. Ouidi⁹ Primo Fastorum. Dic age frigoribus quare nouus incipit annus? qui melius per uer incipiend⁹ erat: hoc carmine ostenditur huius uerbi duplex positio. Corneli⁹ cels usin primo: Cibus a salsamentis: oleribus: similibusq; rebus melius incipit. Inchoo uero huiusmodi esse ostendunt duo disciplinarum lumina. Martianus capella: & Seuerinus Boetius. Ille enĩ ĩ sua geographia inquit. India a mediis montib⁹ inchoat. Et hic in primo Arithmetices. Si uero terti⁹ angulus ĩspiciatur: qui a nouẽ ichoans longitudidem latitudinẽq; tricenis altrisecus numeris extendit. Idem in eodem: Si uero a tribus ĩchoant dispositiones: & tribus sese transiliant & ad eos aptentur: qui a septennario inchoantes septennario sesé numero transgrediuntur. Idem in eodem: Cõparati ad eos qui a tribus inchoantes ternaria sese quantitate prætereunt. Sed quid in his moror? quæ Georgius non mõ ñ uidit: sed ne audiuit quidem. Cui magis in grammatica credendum: est: q̃ illi qui per excellentiam grammaticus nuncupatur. Nonne o misselle Georgi seruius grammaticus eo modo sicut nos: & huius uerbi significatione utitur in sexto Eneidos: super eo uerbo: o uirgo noua mi facies. ita enim dicit: Nam si pars sequens orationis a uocali inchoat: nihil dicimus: ut heu nihil inuitis fas quenq̃ fidere diuis. si autem a cõsonante inchoet: nil ponim⁹. Iu. nil tale expectes. Sed cũ diomedes actiuũ dicat inchoo uerum est: nam actiuam gerit significationem: non tamen ex hoc excludit quin neutrum quoq; esse possit: sicut qui dicit incipio esse actiuum: nõ negat esse alteri⁹

Balbutire
Natitare
Verba significantia pricipium
Incipio
Inchoo
Ouidii loc⁹.
Cornelius
Martianus capella
Seruius
Diomedes

formæ.cum alia quoq; huiusmodi reperiatur: nam & ordior sæpe inicium clare: ut primo silii.ordior arma quibus celo se gloria tollit æneadum: & inicium capere uidemus: Cornel.celsus quinto.aliæ duplices triplicesue ab uno ore intus orsæ quæ sunt: aut etiã in plures sinus diuidunt᷑.Ista igitur incipio:ichoo:ordior: & inicium dare:& accipere:diuersa rõne cõspicimus.nã quæ tanq̃ naturalia dicuntur:in seipsis inchoant.homo inchoat.Italia incipit. quæ uero arte & manu facta uidentur incipi & inchoari dicuntur: Vñ Ouidius cum dixit nouus incipit annus.motum respexit solis: & naturale principium:cum addidit:q̃ melius per uer incipiendus erat:ad hominũ retulit institutionem.quæ anni tale uoluit esse pricipium. Verũtamẽ hoc plerũq; cõfundit᷑. ut in autoribus uidere possum⁹. In hac igitur stulta rep̃hẽsione duoꝝ elementoꝝ animal: hoc ẽ auis & piscis merula: cum laqueo retenta & hamo pepẽderit conuicat᷑. ut diu irretita stultitiæ ac inscitiæ suæ omnibus spectaculum præbeat.Subdit huic suo deliramẽto aliud lõge maius: nos scilicet plurimum errasse: quoniam putauimus dici uerticem:quia in decliue ad occipitium uertatur: Nam teste Quintiliano: ut ipse credit a flexu capillorum dicitur.cuius uerba hæc sunt in libro octauo de institutione oratotia: ut uertex est cõtorta in se aqua. uel quicq̃d aliud similiter uertitur: inde propter flexum capillorum pars summa capitis: hæc Quintilianus.O minutissime grammatice: cur nõ bene aduertisti uerba Quĩtiliani? Ipse enim inquit. Verticem cõtortam in se: aquam uel quicquid similiter uertitur: a uertẽdo uerticem putauit dici: unde & uertex aquæ: & uertex montis a uertendo sunt. non enim Quintilianus omnes uertices a uertendo seipsos dictos censet. & uerticem dumtaxat capitis nostri a conuersione capillorum: nam eadem ratio est & montis: & aquæ: & capitis: cum a uertendo sumant initium: sed cum de uertice capitis nostri loquit᷑ indicat locum: nam dicit: inde ẽ pars summa capitis propter flexum capillorum hoc est: uertex ibi incipit ubi capilli flectuntur. Propter enim o merula: hic significat prope. sicuti frequenter reperimus. Virgilius: athesim seu propter amænum. Idẽ ꝑpter aquæ riuum: idest prope. Quæ enim dementia fuisset: uerticem montis: cæli: & capitis: cum unum sit uocabulum: ad oĩa hæc patens. hinc idẽ deriuationem fluctuãtem & incertam capere. sit igitur hic ham⁹ Georgio pisci. Sed illa quæ ex apuleio sumuntur licet secum immurmuret merula: intacta reliquimus: quia ad nos nihil attirent. Adhuc

Silius poeta

Inchoare

Incipi

Ouidii loc⁹

Inchoari

Vertex

Quintilianus de Vertice nõ affirmat q̃ sentit Merula:

Propter

Georgius capite torquetur: nã plurima effutit. cum de sincipite loquitur: & me more suo iurgiis & cõtumeliis lacerat: sed taceamus & æquo animo toleremus: nam ut orator non nisi loquendo probatur: sic philosophus aliquando tacendo philosophatur: satis erit omissis iurgiis nostra defendere. idest pro ueritate certare: Verba Georgii sunt hec: nam fere apud doctos sinciput partem significat capitis porcini: dumtaxat conditam: & ad edendum paratam. Plautus in menechmis. sinciput aut polimenta porcina: Plinius in octauo naturalis historie: Interdicta quoq; cænis abdomina: glandia: testiculi: uuluæ: sincipita: & reliqua. Nõ uidet opus allegatione ad refutandã tam puerilẽ opinionẽ. cum i libro nr̃o auctoritate ostẽdat: de hoie quoq; sinciput dici. Iuuẽalis: Comedam ego flebile nati sinciput elixi. Quod autem affirmat merula: non nisi decoctum sinciput auctoritate Plinii: fecit mihi risum: nam male consultum eẽt maritis & uxoribus: si uuluæ: & testiculi: & alia quæ ibi ponuntur: non nisi condita & decocta sint: præterea non tenet rationem carminis: nam polimenta quadrisyllabum posuit pro menta bisyllabo: nam duæ sillabæ superuacuum pedem apponunt: Præterea polimenta non sunt testiculi conditi: sed tunc dicuntur a pollutione: cum a porco eximuntur: quod ita esse: ostendit Festus Põpeius. Polimenta testiculi porcorum dicuntur. cum castrantur a pollutione: cũ castrant̃ ergo dr̃r polimẽta: nõ cum cõdiuntur: nã caput: & pes: & digiti & spina & cætera siue elixa: siue assa: siue cruda sint: eodem nomine appellantur: sic sinciput cuiuscunq; conditionis sit sinciput nuncupatur. Scis Georgi alias te in hoc fuisse reprẽsum. nam adductus in colloquium mecum: i ciuitate Venetiarum: cum negares sinciput capitis anteriorem partem: tunc ego interrogaui an significaret partem posteriorem: & hoc quoq; tu negasti: rursus te ad respondendum coegi. an tempora: aut nasum: & deniq; te inuitum confiteri oportuit: nullam esse capitis partem: & tunc tanq̃ rediuiuus in his augustiis nasum digito tetigisti: & dixisti: forsan significat hanc partem: ꝙ quanto risu omnes audientes cõcusseris: tu scis: qui abiisti magno rubore confusus: Sed inter maxima argumenta ponis: ꝙ quidam frontem nominant: & de sincipite nihil. præsertim Cornelius. dic quæso: quid rei ẽ medico cum sincipite? quare deberet nominare: nam sinciput magnam partem & anteriorem quidem capitis continet. In eo nãq; frons: tempora: & plurimæ partes sunt: nuncupatur autem sinciput: quia simul capit:

Sinciput

Polimenta

hæc enim pars omnes sensus capit: nam cum ad aurem usq̧ protẽdatur: ut in libro de homine declaratur: ibi audit⁹: ibi uisus: ibi gustus & olfatus est: de tactu non loquor: quoniam per omne corpus diffunditur. Caput igitur naturæ diuisione in duas portiones secatũr: ĩ sinciput & occiput. Cerebrum enim sincipitis: diuersum a cerebro occipitii. nam hoc siccius duriusq̧: illud humidi⁹ molliusq̧: hoc unum: illud bifariam distinctum: hic nihil. ibi uentres cerebri sunt. hæc diuisio in sinciput: & occiput: est a medico alienior. nam particularius medicatur: & ĩ partes singulas medicamentum applicat. de hoc hacten⁹. Nũc ad illud ĩ quo merula rostrum exacuit: nam a nobis dictum est: caput nudabant antiqui ob reuerentiam: ostendentes principaliori parte nudata: tãquam inermes se dedere: & huic textui opponit Varronem dicentem: ualitudinis causa quo firmiora ualitudine ea fierẽt. ualde iocũda est hæc merula: optime ratiocinatur. Qui capite incedunt nudo o merula: hi profecto caput firmius duriusque reddunt: Nam cum nudo capite uiuitur: diuo asuescitur. Vnde calua durescit: & hoc est ualitudinis: nõ nudantur capita in cõspectu magistratus hac causa ut fiant duriora: quoniam si in magistratu ea uis esset ut capita efficeret duriora hi tantummodo durioris essent capitis qui nudo capite corã magistratu astarent: unde in locis frigidissimis ubi nõ sunt magistratus capita non possent esse dura: quandoquidem ad capitis duriciẽ ut tu reris duo expostulant: nuditas scilicet: & p̄stãtia magistrat⁹: sed tu ita pueriliter sentis ut nihil supra: nonne uides si quis durare uoluerit caput: ꝙ magis durabit si semper q̃ si ad modicum temp⁹ capite fuerit detecto: Quando igitur coram magistratu caput nudatur: non propter soliditatem id fit: sed ob eam rationem quam assignauimus: & quando huiusmodi res diceretur: non poneretur tanquã causa: sed tanquã recte actionis: & officii p̄mium: ut si diceres uenerare magistratum eiusq̧ præsentia caput nudato: quoniã ex hoc officio non incommodum: sed commodum cõsequeris: caput nãq̧ detectum durius est tecto. Sed nos diximus causam quæ antiquos ad capitis nudationem induxit coram magistratu: & non id comodum quod capitis nudatorẽ sequitur. Præterea ualde displicet pisci nostro & aui hæc dictio principalior: & hic me interrogat dicens: apud quẽ prin cipaliorẽ: & principalius legisti? nisi forte germanæ & pannoniæ gentis familiarem uocem romanam putasti: hactenus censor dictionis huius. o. Georgi auis. Georgi piscis:

Sinciput qa simul capit
Occiput
Cerebrum
Nudare caput
Pricipalior Latina dictio

Georgi neutrum. Georgi utrūq: misereret me tui: quatuor enim an
nis elaborasti: omnes tui similes contulisti: & tandem in hamum:
in laqueum: in retia teipsum coniecisti: putas misselle principalior
esse barbarum: germanicum: pannonicumue uerbum: & me inte/
rim conuiciis afficis: quæ ipsius philosophiæ clipeo repellimus: &
pro nihilo habemus. Dic queso quid displicet in hoc uocabulo ter
minatio ne: an significatio: aut forma comparatiui? profecto non
putabam te pueriliter & indocte in comparatiuis saltem delirare.
Incipiamus igitur ab huius rei fundamento. Reperitur princeps:
Iulius firmicus: principe in loco oportet Iulliane decus nostrum.
Virgil. genus a quo principe nostrum: ab eo principatus: & princi
palis. Suetonius in uita Titi. Nihil amplius quam ut desisteret mo
nuit: dicēs principatum fato dari: Iulius firmicus secundo mathe/
seos: & per semetipsos: & per antischia in principalibus cardinib⁹
geniture uenus & mars: Idem in eodem. In principalibus deorum
cardinibus: ecce a principe principalis: sed forsan de significatio/
ne dubitas merula opinas peincipalem ordinis: nō dignitatis esse:
nec credis poni pro regio: & re digna principe. Citetur Plinius ad
hoc qui .xiii. naturalis historiæ ita inquit. Necnon aliquem ex pri/
uatis audiuimus iussisse spargi parietes balnearum unguēto: atq
Caium principem solitum lauari: ac ne principale uideatur hoc bo
num: & postea quēdam e seruis neronis: quid igitur balbutis me/
rula? cur non ab hoc nomine in hac quoq significatione compara
tiuum formabimus? nam huiusmodi est: ut eius qualitas minui au/
geriq possit: qua ratione negas hoc comparatiuum? dicis o meru/
la nusquam repperi: non repperisti: ergo non est latinum: ē ne hæc
bona argumentatio: debuisses merula te non uertere ad conuitia
in Galeottum: sed ad litteras pertractādas: ne hoc pacto desiperes.
Nam pudet unum quemq doctissimum uirum in hac re tam ma/
nifesta allegare: sed ne piscis: aut auis merula: nam uterq rationis
est expers: insolescat: allegabim⁹ hominem romanum. Sic enim in
quit Seuerinus Beotius in secundo arithmetices: Videbis igit᷑ hoc
facto in minorem modum summas reuerti: & ad pricipaliorem ha
bitudinem comparationes proportionesq reduci. Sed quis sine ru
bore ad hæc friuola respondebit: cum stultæ quæstiones irrisione
soluantur. Ecce iterum: ac sæpe me contumeliis Georgius aggre/
ditur: ex quibus: ipsius uolumen intumit: ad quarum cōtemptum

Virgilius

Iulius firmi
cus

Plinius

Beotius

uirtutum parens ſapientia me dudum inuitauit. Inquit hic merula me affeciſſe iniuria ueterum religionem: quorum ſacerdotes uittati deos placabant: utpote qui ex tua ſententia molles: & mulieres: non homines forent: noſtri quoq; ſacerdotes: atq; põtifices mitra & uittis capita redimiti: molles & effeminati erunt & reliqua. Diximus Georgi uittas eſſe mulierum ornamenta in libro de homine: tu autem nullius ingenii uir: non intelligis quæ affers: nam ſic concludis tecum: ergo inquis molles ſunt uittati ſacerdotes q placabãt deos. Primo o Georgi ſacerdotes nunquã deos placuerunt uittati: imo dicit Poeta: Vittaſq; reſoluit ſacrati capitis. His i præſentia omiſſis ad rem noſtram ueniamus. Vnde ẽ in qs: ꝙ dixerim mulierum geſtamen: eſſe uittas: cum ſacerdotes maſculi uittis uterẽtur: reſpõdeo. uittas mulieris ad ornamentum dari: & cum maſculis tribuuntur: adduntur tãquã fœmineum ornamẽtum: quoniam in ſacrificiis & religione uerba dicuntur ad fœcunditatem & augmentum. Vnde in prĩo æneidos: & flãmis adolere penates: adoleo ſignificat creſco: & hinc adoleſcens. In ſacris igitur quæ utuntur: nõ ſterilitatem: neq; ĩminutionem: ſed fertilitatem: augumentumq; portendunt: nam cum illud dictum eſt: & flammis adolere penates: iſinuatum eſt: illud ex nunc eſſe adolere & creſcere: ſic etiam: nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos præſtiterit: ẽ autem mactare magis augere: quoniam in ſacrificando cedes eſt auctio: & fæcunditas quædam: dantur ergo maſculo ſacerdoti uittæ ornamentum muliebre: ut indicetur eius honorem eſſe fæcunditatem quandam: quam propriam muliebris ſexus eſſe cognoſcim⁹: nonne maiores nrĩ uiri ſapiẽtiſſimi uirtutum nomia: ut iuſtitiæ: temperãtiæ: fortitudinis: prudentiæ: fœminas eſſe dixerunt: ut fœcundas: ab ipſis enim bona animi: & mores: conſeruationes rerum publicaꝝ: inſtitutiones magiſtratuum: Et alia pene infinita procreant᷑: quod & in ſacris litteris diligenter aduertitur: nam dicitur: poſuiſti oues & boues uniuerſas genere fœminino ad fœcunditatem: & poeta Virgilius in octauo æneidos de furto caci loquitur. Quattuor e ſtabulis præſtanti corpore tauros Auertit: totidem forma ſuperante iuuencas: & in recuperatione: cum furtum oſtenditur: ut dei herculis maiorem diuinitatem monſtraret: & religionis certiorem cauſam: propter recuperatam fœcunditatem: & thauros: & iuuencas fœminino genere cõprehendit. Inquit enim. abſtractæq; boues abiuratæq; rapinæ celo oſtenduntur: cum per generis conceptionem

Vittæ

Sacerdotes deos placando uittas ſoluunt.

Virgi. locus

Vittæ ſacerdotibus q̃re

Adolere

Adoleſcens

In ſacrificiis & religione uerba dñr ad fœcunditatem & ornamẽtum.

Mactare

Virtutum nomina.

Pſalmographus

Virg. locus.

masculino dixisset genere: a masculo enim fœmine in genere cōci piuntur. Vittæ igitur: ut diximus: muliebre ornamentum: addun/tur etiam masculis sacerdotibus: ut ipsi quantūcūq; masculi osten dantur esse fœcundi: per quos multa bona proueniunt: q̄ autē ais pontifices mitris ornari: indicas te cum isto tuo philelpho pariter desipere. nam in inuectiua contra philelphum declarauim⁹ mitrā uiri mollis: meretricis: aut pueri gestamen. Iuuenalis. Ite quib⁹ grata est picta lupa barbara mitra. Virgilius. Copa sirisca caput grai a redimita mitella. pontifices o merula thiaris redimitos & non mi/tris conspexisti: Sed cum græcanicum illud affers: more tuo facis. non enim potes a porco discedere: accedit etiam q̄ cum sus in mi/neruā adduxeris: uideris in teipsum: uel philelphum: uel in utrū̄q; retorsisse exemplo tuo: nam si thersites prouocans hectorem ride/retur: ita tu: & philelphus: qui Galeottum prouocastis oī estis irri/sione dignissimi: nam sues mineruam: & thersite: hectorē ꝓuoca/runt: quod euentus pugnæ ostendit: nam ille ita prostratus respon sione nr̄a fuit: ut nihil amplius auderet: & tu cum respondentē Ga leottum audiuisti: ita tremula uoce locutus es: ut frigida febre agi/tari uidereris: sed qd plura qui hæc uidere uolunt legāt inuectiuas nostras: & iudicent quid philelphus: & qd merula tāto tēporis spa tio potuerint aduersus Galeottum. ibiq; uidebitur uter sus thersi/tesue: & uter minerua hectorue fuerit. Non.n. meum est o Geor gi tecum iurgiis & maledictis certare: non enim debeo aliis doctissi mis uiris esse fortunatior: quibus nūquam defuere obtrectatores: balbutiat merula: fundat cōtumelias: iactet iurgia: uocet me quo/cūq; nomine uoluerit: nunquā tamen efficiet pluris apud me dolo rem iniuriæ esse: q̄ ipsius philosophiæ respectum: quæ docet ferien tes non referire: sed Georgi: argumentis: & ueritate: nō contume liis & detractione doctrina probatur. Nam rursus Georgius sca/biem timens hoc arguit quod in libro nostro posuimus: Est autem psora cutis asperitas squamosa a scabie differens: & merula subse qtur. hic ego Galeottum eiusdē scriptoris auctoritate coarguam⁹: q̄q̄ satis p se euincitur: quoniam Plinius scribens scabiem prurigi nem: psoras non continuo uelit asperitatem cutis eam esse: imo ex huius sensu sibi repugnat: cum in eodem uicesimo libro ubi de cu/cumere siluestri & elacterio loqtur: psorā & lichenas græca uelit eē uocabula: & latine impetiginem siue scabiē significare hoc modo: arida cum resina impetiginē & scabiem: quam psoram & lichenas

Vitta orna/mētum muliebre.

Mitra meretrici uel pueri gestamen

Pontifices thiaris redimiti: & non mitris.

Thersites

Hector

Psora

Licheno

Impetigo

Scabies

uocant sanat: & recte sane: nam utraq; hæc dictio græca est: fitq; a uerbo græco pso quod ē scalpo siue palpo. nam qui psora laborāt ulcera seu pustulas supra modum contingere palpare & scalperē cu piunt: hæc & Plinius & Merula plinianæ sententiæ declarator. Non debes georgi supra calceum ascēdere: quæ enim altiora sunt a minuto grammatico minime intelliguntur: nam licet sint nomi na plurima morborum: ab eodem fonte deriuata: tamen pro diuer sitate: uarietateq; curationis: pro diuersis accipiuntur: ita ut aliqui bus morbis: diuersis tamen: nomē diuersum quo ad linguam: non quo ad significationem: a nostris imponantur: sicut græce antrax latinæ carbo: tamen a medicis: diuersis morbis hæc noīa imponun tur: ut nigriorem antracem: rubicudiorem carbonem: ut superio rem: quem ab extincto: hunc uero ab ardore dixerit: sed hæc omit tamus: & ad textum Plinii ueniamus: quoniam dicis merula q̄ eo dem auctore reuinces Galeottum: & affirmas plinium dicere pso ram: & lichenas græca eē uocabula: & latine impetiginem siue sca biem significare: & adducis hunc textum. Arida cum resina īpeti ginem: siue scabiem: quam psoram: & lichenas uocant: sanat. Nō ne te pudet o Georgi in tam māifestare ita errare: non enim ītelli gis Plinium: hic: hic inquam est o miser sensus plinii: arida cum re sina ipetiginem. s. sanat: nam ipetigo ē morbus grauior curatu: & sanat scabiem: sed scabies multiplex est: mala scabies. Vnde Ora tius. Aut mala quem scabies: aut morbus regius urget: & persius malā quādā scabiē insinuans dixit: nāq; est scabiosus: & acribile tu met. Dicit igit̄ Plinius: hoc medicamentum ex resina sanat ipetigi nē: quæ est grauis morbus: sanat ēt scabiem: sed non oēm scabiem: sed eā quā psoram: & lichenas uocant: psora igitur: & lichene quæ sunt duæ spēs scabiei: etiam hoc modo nō sanātur: sed hæc Geor gi: licet semper scabiosa mēte fueris: intelligere nequiuisti. Huic rei aliam quoq; annectit: cum negat merula porriginem nō esse capi tis morbum: & eē minutum furfurem: & balbutit nescio quid: sed nos esse uerum quod diximus corroborabimus auctoritate. Q. Se reni. Est īsensibilis morbus: seu noxia forma cum caput impexum fœdum porrigine pungit: copia farris uti frēdētib⁹ edita saxis: & ī fra de eodem morbo. desinet interea glomerari farrea nubes: cessa bitq; grauis fœdæ pruriginis imber. nonne uides luce clarius por riginem minuto furfuri assimilari: & esse capitis. furfur. n. o. geor gi ex paniceis fit: Sed georgius ut in peroratiōe: tāquā acutissimā:

Antrax.
Carbo latie
Pro Plinio
Plinii locus
Impetigo
Scabies multiplex
Persii locus
Psora & Lichēa duæ spēs scabiei
Porrigo

argumētationem in auribus relicturus: inquit porriginem nec minutum esse furfurem: nec a porcis dici Refert Cornelius. O acumen georgiani ingenii. Cornelius non dicit: hoc ergo non est: cur ita in litteris infans es misselle? q a porco dicatur satis ostendit Iuuenalis. dedit hanc contagio: labem: & dabit in plures: sicut grex totus in agris unius scabie cadit: & porrigine porci. Vlterius uolitat merula & nobis balbutit quædam dignissima admiratione: sed ab insania pficiscentia: quid nam quæso Georgi tibi uis? cum inqs. p hæc uerba nemo intelligit quid sit capitatus: Fortassis de tui similibus uerba facis: nā summa est dementia opinari capitatum significare in caput crescentem ubi didicisti O capitate Georgi: capitat⁹ dicit qui caput habet: & porꝝ appellamus capitatum ad differenrentiam sectilis: de quo Iuue. qs tecum sectile porrum sutor. capitatum autem dicunt porrum: quia crassiorem habet partē cum capillamentis ad capitis similitudinē: quod re graciliori: idest collo sustentat: ut in porro: nam si ita ut tu sentis esset. alia quoq; & multa hortēsia nunc capitata: nūc uero min⁹ capitata: ut magis minusue crescunt diceremus. allegationes moreti & priapeioꝝ licet tu priapeiam i singulari: & genere fœminino: contra artem grammaticā ponas nihil ad rem faciunt: nā nō negamus esse porros capitatos. Ad cuius rei probatiōem totam illam mucidam grammaticam effundis: nā uerba huius formæ habitum significāt: nō excrescētiā: ut brachiatus: aculeatus: annulatus: mentulatus: oculatus: q brachia. aculeos: ānulos: mentulas: oculos: habēt: intelligunt nō q in hæc creuerunt: sed p tot tātisq; cōuiciis in Galeottum collatis habeas p munere retia. Adhuc in capite merula indiget auxilio. non enim potes conicere capitulum dici paruum rerum initium: & hoc ut ex oraculo Apollineo caput uocari iactitat teste Agellio: quem imperite appellat aulum gelium: per omnes ineptias suas: quæ nā differentia est o georgi inter caput animalis membrum: & caput alterius rei: & rursus inter mēbrum rei: & animalis: nōne eadē sunt uocabula pedes hominis: & mensæ: caput uiæ: fluminis: hominis: i quo inquā differunt: ita q alterum possit uno modo flecti: alteꝝ uero non: nā si de animali dicimus articulum: & cur de re quoq; nō idem dicem⁹? si leges sæpe occurret articulum: & rhetorum: & animalium: & numeri esse. Sic etiam i scriptura tu uocas rei caput habet etiam capitula. præterea si omnino rationes deessent. non ne tibi succurrere debuit capitulatim aduerbium quo utitur Plini⁹ nō

Iuue. locus.

Capitatus

Pro Iuue.

priapea i singulari nō dicitur.

Regula de nominibus terminatis in atus.

Capitulum

Agelius nō Aulus Gellius

Articulum

Capitulatim.

Cirris nisi i significatione nostra deriuari posse. Dicis quoq; o Georgi cir
Cirrus rim non dictam a cirro: sed ego dico & cirrum a ciro græco: quod ē
Coma incido: sicut coma a copto. Coma ē multitudo capillo℞: a cirro cir
ris dicta ē: quia cirrum: idest capillum abstulit quē ab incido id a cir
ro sicut comam a copto abscido deriuari manifestum est: capillum
Capillus p coma autem comā significare ostēdit Terentius. Vix me contineo quin
inuolem icapillum: cum dictum ē esse plusculos capillos i modum
caudæ pendentis mirum iudicasti: non enim tibi poteras persuade
re caudam i capite quoq; poni posse: cū legeres illud Virgilianum
caudaq; hirsut⁹ eqna. Cur me semper insectaris: cur detrahis: cur
dicis me corrupisse textū Martialis? nā quod nos uocamus cirres:
tu girres nominas. Si tu aliquanto diligētius legisses librum de ho
mine ibi inuenisses. c. & . g. iuicem sibi cedere: & apud maiores no/
Curculio Amurca stros curculio & amurca per. c. scribuntur enūtiantur per. g. sicut
Cneus & Caius: sic qui scripsit cirres: siue girres affinitatem respe
xit litteræ: & qui. i. uel. e. ponit in principio: non fuit oblitus socie/
tatis quæ inter has quoq; litteras est: ut testantur plurima: nā qua
se & quasi: here & heri: sibi & sibe: dicimus: & ablatiuus multo℞ i
differenter e uel i desinit: ut amante uel amanti: docente uel docen
Cincinnus ti: & reliqua: Sed cincinus o merula non a cice oleo deriuatur ut de
liras: credis enim oleo coadunatos dici cincinos his uerbis: eos esse
intortos ut oleo perfusi madescant: non tenes rationem capillo℞
o merula: oleum siquidem fluxus facit: & non intortos capillos: im
mo si qui itorti sunt per oleum extendantur. Esse autem eleuatio/
Iuue. locus res cincinnos queritur mulier apud Iuuenalem. Altior hic quare
Pro Suet. cincinnus ait. Et cincinnos non esse unctos duntaxat: satis decla/
rat. Suetonius: qui in uita augusti ait: octauianum damnasse un/
ctos mecenatis cincinnos: hoc sermone exagitabat nonnunquā in
primis mecenatem suum cui⁹ myrrobrachos cincinnos usq; quaq;
ut imitādo per iocum irrideret: nam si cincinnus unctus esset: non
addidisset unctionem: satis erat dixisse cincinnos idest unctos ca/
pillos irridebat. Sed quid in his moror: ueniat in medium Festus pō
Cincinni peius qui ait. Cicinni intorti ad locum capiendum tendunt: sed cin
cinni: ut arbitror: a con & anno dicti: quia simul annant quasi cō/
cini: Sunt enim plures capilli intorti: q ad locum capiēdū tēdunt.
C. iterponi tur cā orna/ tus C. uero ornatus causa interponitur: ut archadi⁹: & archadic⁹: De
media autem uena quam in fronte esse pernegas: nō consuluisti pe
ritos medicos: nā si hoc negarent: ad me ueniant: & tāquā medicus

reperiam illam in fronte uenā quā asserunt nusquā eē. adde etiam q̄ rationē quoq; ligamenti irrides tu cum istis imperitis medicis: si diutius in hoc perseuerabitis accipiam scalprum & percutiēdo frō tes uero rubore perfundam: cruētas enim reddam: & eodē ictu de lirio uos liberabo. sed interea legite Paulum medicorum & græcorum quidem pstantissimum: qui dicit. Si uero desipiens qui laborat dederit manum & si dederit indigens flebotomia ne posi euacuationem percutiat manum eo q̄ intercisa turbabit eam quæ in frōte ē incidentes rectā uenā semel sufficienter auferem⁹. Hæc Paulus: tu uero contra rationem meam adducis furentē posse uincula frōtis dissoluere aut abicere. o merula qd ais. Furiosi & isipiētes ideo sunt insipientes quia nesciunt cōsiderare: ut sapiētes: illa enim quæ ante oculos habent considerant & propterea brachii ligamētum ante oculos positum & non frontis eos perturbat. nam si scirēt absentia considerare: & quæ oculis non cernuntur intelligere: saperent profecto. Cum uero ī illa tua opinione perseueras rideo: semper. n. me increpas q̄ non omnia in libro meo inseruerim: dicis namq; & hoc & illud: & plurima alia addi poterant. quot Philosophi: quot Theologi quot etiam Christ⁹ ipse aut eorum libris aut dictis addere poterant quæ non addiderunt: non tamen ex hoc improbandi sunt. Accusamur etiam a Merula in expositione textus Plautini quia diximus gallus gentē & pullum significat & glabrionum familia romæ erat. Vnde Acilius glabrio uir romāus fuit. hic sermo uidebatur insinuare ut ex gallo romanum faceret cum diceret ut depilaret pullum glabrumq; redderet: hic merula alas suas balbutiendo dilatat: dicēs: nullos sales in hac nostra expositione apparere: præterea esse solœcismum quia sequitur q̄. sic enim in textu est. Tu si sapis hunc gallum glabrionem reddes mihi quā uulsus lidius est; uidetur merulæ dici glabriorem cōparatiue. nam q̄ ē aduerbiū comparandi quod psupponit præcessisse: aut magis: aut comparatiuum: ac si uellet dicere glabriorem q̄ sic uulsus lydius. Quoties uenisti ad me: quoties fuisti increpitus cum sermonem de hac re habuisti: quoties dixi legeres: disceres acutius intelligeres: & non eēs ita temerarius ut corrumperes textus: nam hoc insitum tibi: & quibusdam aliis est: ut id quod intelligere nequitis dicatis esse mendosum. Consule Georgi: cōsule doctiores te: & non ita corrues: nam in omnibus codicibus textus eo mō quo a nobis allegat: inuenit. Respondebimus igitur ad insaniam Georgii & ostendemus lepo

Furiosi

Gallus

Glabrio

Quam pticula cōiūcti ua

rem ac salem esse optimos & iocundissimos in textu a nobis allegato: & non esse solœcismum erroreq; in arte grãmatica. sed ornatũ maximum & plautinum. hæc dictio q̃ aliquãdo excessum: aliquando dicit æquationem. ut si dixero. fortior sum quã tu: hic est excessus: & sum tam fortis quã tu: hic est æquatio. Plautus facetiarum suarum memor: nec oblitus ueteris comediæ quæ uim satyre obtinebat: iocat' pariter: & mordet. dicẽs eni: facias hunc gallũ glabrionẽ mandare uolebat: depila hũc gallum glabrũq; facias: & uidebatur insinuare ut ex gallo romanum faceret: dicens: tã reddas mihi hunc gallũ romanũ q̃ pro quantum uulsus lidius est: & hic quoq; est lepos maximus. nã lidius dicitur ethruscus Virg. de tiberi: ubi lidius arua inter opima uiꝝ leni fluit agmine tibris: frater lidi tytrenus uenit ex meonia: q̃ lasciui & effeminati fuerint meonii disce a uirgilio: q pro maxima mollicie illud obicit. Meonia mẽtum mitra crineq; madẽtem subnixus. Vulsus dicitur etiã effœminatus sine pilis libidini obnoxi⁹. Martialis. Sed mẽs pannice uulsa tibi. Dicit igit' Plautus. reddas hunc gallũ glabrionẽ q̃ uulsus lidius est: idest: hunc tantum depila quantum lidius est depilatus: uulsus: & mollis: & lasciuus: carpendo more ueteꝝ comicoꝝ malos mores: & sicuti i primo mẽbro sunt uerba ambigua ad rem & hoiem quia gallus gentis & pulli est: & glabrio hois & depilati: sic etiam in secũdo totidem nomina sunt significationis ambiguæ: nam lidus ob similitudinem illius gẽtis uulsæ a romanis dicebatur is qui glaber erat: quotiens enim puerum glabrum idest depilem conspiciebant: a similitudine lidiorum ulisorum lidios uocabant: uulsus autẽ & uulscus idem uidẽtur. nam hec littera. c. additur sæpe ut archadius & archadicus sardonius: & sardonicus. Vnde hic sermo semper uidetur de gente dici: nam Plautus posuit hæc quatuor nomina gallos glabriones lidios uolsos significationis esse ambiguæ: & indicauit lidios ẽe glabros & depiles & uulsos: & sic libidini obnoxios: quod autem hoc sit uerum audiatur Nonius: quia tu allegas Varronem de uita patrum acsi tu uidisses cũ sit a Nonio allegatus: nescis miser: nescis allegationes his tribui qui primi allegant: tu autẽ iactabũdus in opere tuo in quis Varro in uita patrum: Cicero de Oratore: ac si illa uidisses & tu sciuisses annotare: & tamẽ ñ nisi i Nonio legisti: qui ita de hac re inquit. Glabri q͂ ludis pueri præsulis essent glabri ac depiles per ætatẽ: quos antiqui romani lidios appellabãt ut est in prio Varronis de uita patrum: ideo Plautus in aulularia

Plautus declaratus aliter q̃ Merula.

Lidius

Virgi. locus

Vulsus

Glaber

C littera

Noni⁹ mar.

Lidii

Tu istum gallum si sapis glabrionem reddas mihi: q̃ uulsus lidi⁹ ẽ: hactenus Nonius: quid igitur hoc sermõe dicit Nonius? nisi lidios dici sine pilis: paulo inferius rostrata merula nasum cõtundit cum credit superuacua fuisse apposita in textu Pliniano & conuicia iactat: dicis Georgi illud fuisse additum Plinio. nasum autẽ dixit uituperationis signum: unde hoc ostẽdis? imo omnes uetustissimi codices habẽt quos ego uidi: uidi autem plurimos: nam oẽm fere germaniam peragrauimus: quis hoc addidit: ubi legisti hoc fuisse additum. credo imitaberis manicheos qui cum conuincerentur auctoritate euangelica dicebant nõnulla nõ esse a saluatore nostro: sed addita: quale est illud. habetis moysen & prophetas: Sed diceres: reperiuntur uarii textus: fatemur: nam in multis codicibus & hoc ẽt uarium erat: extra omnem ingens italiam: & in aliis exrra omnem in genitaliam: & in uno codice extra omnem ingenii aleam repertum est. Item ibi quoq; sermo nec textus unus: præterea interest non trita auctoris uia nam distinctum: siue enim alibi iter est & illud nec qua peregrinari animus expectat & in alio expetat sine. c. q̃ uarium etiam illud ẽ. Lelium decimnm uolo: cum alius codex habeat: lelium congium uolo: cum igitur uarii codices reperiant̃ non est uicium pro arbitrio allegare: & illud præsertim: quod non est in causa: imo quod fortius est Priscianus: & Seruius unum & eundẽ textum Terentii ubi testimonio illius opus est: diuerso allegant modo: nam alter dicit salem qui in te est: alter uero salem quod in te ẽ: non enim sufficit: negare teste Philosopho: sed ratione negare: iste est indoctorum hominum mos: hoc enim tibi & cæteris indoctis uicii est: ut quæ non intelligitis: statim uel negatis: uel deprauata esse confingitis: quod est puerile: & infæcundi ingenii refugium. Illud uero iocundum auditu est: cum dicis q̷ a meipso dissentio: nã dixi nasum significare sagacem intelligentiam: & esse uituperationis signum: ac si hæc non possent esse. O merula: cur aliquãdo nõ cãtas: cur semper balbutis. nasus tunc est uituperatiõis signum: cum paruus est: paruo enim naso qui est: turpis est: & ideo uituperationi obnoxius. Horatius in arte poetica. Hunc ego me si qd̃ cõponer̃ curem. Nõ magis esse uelim q̃ naso uiuere prauo spectandum nigris oculis nigroq; capillo: quod a corpore ad animum sæpe transfertur: nasus rectus sapientiæ sagacis signum. Ille enim recte sapere dicitur: paruus turpitudinis: & stultitiæ iudex: ideo uituperationis est. in quo ergo o Georgi sermo meus sibi ipsi repugnat:

Nasus

Manichei

Varii text⁹

Expectat

Expetat

Priscianus

Seruius

Horatius

& est contrarius? tu autem dicis nasum subdolam irrisionem signi ficare: & in rugas contrahi: hoc cuiq; facile est cum subdole irride re: & nasum mouere possit: sed discernere irridenda non nisi sapiẽ tis: & acuti est: unde dictum est: non omnibus datum est habere na sum. hoc est non omnes ridenda a laudãdis recta rõne discernunt. Iam Georgio alia instrumenta pranda sunt: nõ hamus: non laque us: non retia poterunt retinere: nam non amplius auem aut piscẽ: sed falsarium se ostendit: unde uncum ei pabimus aut ignem: non enim refert uerba ut dicta sunt in libro nostro. huiusmodi sunt uer ba nostra ad unguem. polipus nasi morbus est: in naribus enim ca ro corrupta radices agit plurimas: quæ tãquam pedes sunt: & hinc nomen accepit: nam polipus piscis: est quem quidam latine remorã uocant: tu autem subtrahis quidam: & latini: ubi latine est: ponis. Scis merula in libro de homine ubi sermo est incidit: qui retorqueri potest in obprobrium quorundam: qui nobiscum uixerunt: me ne minem nominare: non enim sum reprehensionis: sed ueritatis per quam auidissimus: quidam ætate nostra dixerunt polypum esse re/ moram: hanc sniam non probam⁹: ideo diximus: quidã dixerunt: non enim polypus est remora: ut ostẽdemus postea: Cum noua po/ lypi diffinitio tibi displicet merula: more tuo agis: nihil enim noui ĩ libris eẽ cõcupiscis: & a te sumis exemplum: nam si quid noui inse/ ris: id totum insipienter effunditur: noli conqueri in libro meo esse nouas diffinitiones: sed ratione ostende malas: & inconcinnas eẽ: & cum allegas Cornelium: nõ intelligis: nam eius uerba id sonãt: quod nos in diffinitione diximus: nam qñ Cornelius dicit polypus est caruncula modo alba: modo subrubra : quid aliud insinuat nisi alterationem corruptionemq; carnis? nam quæ modo alba: modo uero rubra est caro cui non intelligitur corrupta? cum autem dixi/ sti Cornelium aliter a præceptore tuo Galeotto diffiniuisse: cur nõ addidisti: aliter etiam atq; aliter ab aliis medicis q̃ a Cornelio: & Galeotto morbum fuisse descriptum: qd uicii est hoc o merula? nã non modo diuersi auctores: sed pleruq; un⁹ & idem: rem unã diuer sis modis diffinit: ut in Cicerone facile est inuenire: de hoc satis. Ad illud reuertar quod pollicitus sum: dixi enim me ostensuṝ poly pum non esse remoram: sed prius tua uerba examinabo. nam dicis polypum a similitudine carnis dictum: quia polypi mollissima ẽ ca ro. miseret me tui: q̃tam diu fuisti de numero piscium: & nunq̃ in/ tellexisti polipos esse neruosos: carnẽq; habere durissimam: nõ.n.

Polipus

Remora

Polypus

mollitie carnis: sed duritia neruorum: hostem suum apprehendunt: reluctantemque retinent. Cum autem ais Aristotilem inter malacia .i. mollia: nominare: recte narras: sed nõ intelligis eius dicta: nã inter pisces illi dicuntur molles: q sine cõchis: duri uero qui cum conchis sunt. Vnde ostrea inter mollia minime esse perhibentur: & polypi cum sint absque concis inter molles numerari censentur: molles enim: aut duri dicuntur pisces: non carnis: sed ratione cõcharum: quibus operiuntur. Nec est uerum quod a Plinio echinnus dicatur remora: falsum est quod ais. Echinnus enim uim habet remorãdi nauigia nullam: sed est conchilium iocundum: & prĩa enuntiatur breui. Iuuenalis. Et semel aspecti litt⁹ dicebat echinni: sed dicitur echeneis: ut testatur donatus in terentium: & in hanc sententiam locũtus est Lucanus. in mediis eheneis aquis: & quidam cõtra metrum sentientes: echinnus scripserunt: nõ ẽ igitur echinnus trisillabum prima breui: sed echenes quadrisyllabum prima lõga: & hæc ut diximus uim habet remorandi nauigia: & remora nuncupatur. lege Georgi aliquando græca: & prudenter. Cum credis pedes polypi dici acetabula: nescis quid dicas: nam pedes sunt longi: & acetabula in pedibus polypi quædam carũculæ ad similitudinẽ acetabulorum dispersæ: nam acetabulum dicitur uasculum: & cyathus: sic illæ caruncula ut ciathi apparẽt & uascula. Pli. xx. naturalis historiæ. Item morbo regio: uel hydropicis: & ad renum dolores: cũ ptisanæ succo acetabuli mensura. Idem. xxvii. Vt hederæ baccis mollioris: nascuntur in opacis asperis & aquosis: datur acetabulo pleno. Est igitur acetabulum uasculum & mensura quædam: & non pes polypi: ut putasti. Iam deuenimus ad id: in quo falsarius Georgius: uocat Galeottum falsarium: quia in textu Pliniano nõ reperit: dicit fuisse additum ĩ fœminas: nã nos sic allegauimus Plinium. Malæ hominum tantum: quas prisci genas uocabant: ex duodecim tabularum interdicto raddi eas ĩ fœminas uetantes: pudoris hæc sedes: ubi maxime ostenditur rubor. Tu Georgi negas in eo textu: in fœminas esse: dicisque fuisse additũ: quẽ librum tu inspexisti? quem codicem euoluisti? Tu mecum in hac re certare uis: q totius fere europæ bibliothecas excussi? in diuersitate librorum: quid uesaniæ est? semp aliquid negare: sed diceres: huius meæ negationis est efficax ratio: quis enĩ unquã barbatas fœminas raddi uidit? iam resipiscis: quia rõne ĩcipis negare: non dicunt libri duodecim tabularum: fœminas barbatas: sed uetãt genas raddi ĩ fœminas: idest ĩ similitudinẽ

Malacia

Molles pisces & duri

Echinnus ñ moratur naues.

Iuue. locus.

Echeneis

Remora

Lucani loc⁹

Acetabula

Acetabulũ uasculum & mẽsura.

Genæ

In fœminã raddi

fœminarum: quæ oino iberbes sunt & de uiris locunt. e.n. locutio ornatissima: hic reddit i mulieré: idest: in similitudinem mulieris: hæc mulier ornatur in uirum: hoc est ut uir appareat. Suetoni⁹ in uita augusti. nam histrionum licētiam adeo conspecuit: ut stepha nionem togatarium: cum in puerilem habitum circumtōsam ma/ tronam ministrasse cōceperat: per tria theatra uirga cessum relega rit. Virgilius. i. vi. Excisum euboicæ latus ingens rupis in antrum. idest. in similitudinem antri. Idem. portus ab eoo fluctu curuatus i arcum. idest. in similitudinem arcus. Sed nimium te acutum osten dis Georgi cum admiraris pupulam penultima breui enuntiari: & eius diminutiuum pupillam. l. litteram duplicar? quasi hoc nouum sit: nōne hoc in diminutiuis fræquenter uides. Nam ut ait. Festus. Papillæ sunt capitula mãmaꝝ: dictæ: qa papularum sint similes: & papula o merula penultima breui enuntiatur. Virgilius in georgi/ cis. Ardentes papule: & eius diminutiuum papilla penultima lon/ ga: Virgilius. xi. Leua aciem ferri: dextra: neruoq; papillam: immo uidetur multoꝝ diminutiuorum proprium litteram duplicare: ut paulum: pauxillum. palus: paxillus: qualus: quaxill⁹. de his autem que in libro meo addi uoluisses: nō sentio tecum Georgi: fuisset. n. ab instituto nostro alienum. Credo o merula te glaucomate corre/ ptum. cum tecum nescio quid garris: nonne textus Sereni allega/ tus indicat quod ego dixi: non enim mirum est diuersos medicos: di uersa quædam dicere. nam hoc contingit i unaquaq; facultate: nō datur uicio magis hunc: uel illum sequi: dummodo sint idonei. ꝙ autem dicis te expectasse ut de Glauco multa hincinde sparsa colli gerem: & nihil de hoc colore tacerem: dicam sententiam meā: ego econtrario expectabam ut aliquando resipisceres: & itelligeres ui/ ciosum: & contra artem esse ad humillima quæq; descēder: & om/ nia uelle prosequi: ne cum de homine loqui uellem⁹ uni dumtaxat uocabulo addicti: ab instituto recederemus: & quasi alligati circa minima hesitaremus: quod fugiendum scriptori censuit Horatius flaccus: cum dixit. Si nō circa uilem patulumq; moraberis orbem. Iam Georgius deniq; diligentiam seruat i eo quod patitur uitium: ut supiora ex mera uoluntate posuerit: hoc necessitate coactus scri psit. nā cum sit hircosus: oēs a se grauissimo fœtore suo repellit. & dicit nos non bene posuisse hirquitallis ab hirquis angulis oculoꝝ dictos: sed ab hirquis animalibus: nos dicimus hirquum uocabulo primitiuo: ut Seruius: & Sueto. testantur: significare āgulum ocu

Suetonii. lo. Virg. loc. Pupula Papille Virg. locus. Horatius de claratus. Hirqtalus Hirqui Hirci

loꝝ.ab hoc anguli tam hirci animalia q̃ hirqtalli dicuntur: uterqꝫ enim libidine uexatus oculo idicat hirci: quia frequenter coeunt: & oculos habent in coitu trementes: & hirquitalli: qui huiuſmodi ſunt: ab eodem fonte deriuantur: hirci ergo: & irquitalli: dicti ſunt a prima poſitione hirqui ſignificantis angulum oculi: ſed cum ad/ducis teſtimonium cenſorini ad huius rei declarationem: licet non tantæ auctoritatis ſit: ut Suetonio: & Seruio opponatur: tamen qa de Ariſtotile ſit mẽtio uidetur non ab re: hoc quoqꝫ declarare. hoc enim inſertum eſt quod Ariſtotiles tragiſim dicit. ãtiqui noſtri hir/quitallire: quid quæſo in hoc ſermone eſt cõtra noſtram poſitiõem: nõne uides merula hoc nobiſcum eſſe? totus huius queſtionis car/do eſt: hircus: & tragos ſint primitiua: aut deriuatiua: de hirco di/ximus: nũc de trago dicendum uidetur. Tragos Georgi ſignificat plurima: nam eſt quoddam genus ſpongiaꝝ. Plinius nono. Spon/giarum tria genera accipimꝰ: ſpiſſum: ac prædurum: ac aſpeꝝ: tragos id uocatur. ſpiſſum & mollius inanes: tenue: denſumqꝫ: ex quo penicelli achillium: Item Plinius. xii. in his ꝓbatio una ne ſint fragilia & arida: potius q̃ ſicca folia: cum gallico nardo ſemper naſci/tur herba que hircolus uocatur: & grauitate odoris: & ſimilitudi/ne qua maxime adulteratur: tragos igitur prima impoſitiõe ſigni/ficat ſpõgiã ſpiſſam. tria eni genera ſpõgiarum ſunt a quibus tra/xerunt ueteres tria nomina libidinis: a trago eni quæ eſt durior: & ſpiſſior: & aſperior: per ſimilitudinem dixerũt iſtos qui iã libidiãri ĩcipiunt: quos audaciores & aſperiores & duriores reddit ipſius ue neris deſiderium: nam ex libidine oĩa animalia pugnãt. Virgilius i georgicis. Omne adeo genus in terris hominumqꝫ: ferarũqꝫ: & ge nꝰ æquoreum: pecudes: pictæqꝫ uolucres: in furias ignẽqꝫ ruunt: amor oĩbus idẽ. Idem Quint. & imbelles dant prælia cerui. Secun dum genus ſpiſſum ac mollius: Imanes dicitur: & hic quoqꝫ libidi nis ſimilitudo trahitur: qdam enim cũ adolouerint: ex frequẽti coi tu facti ſunt molliores: nam illi iuniores non tanto pere ſicuti grã/diores ab ipſa uenere leduntur: & ad hanc ſententiam: cum de ui/ciis ueneris loquit̃: dixit Lucretius: præmacie radineæ uera eſt iam mortua tuſſis at lamina & imanes ſacer eſto ipſa ab iacho. Tertii generis nomẽ tenuioris: ac denſioris: ex quibus peniculi: & penicel la non uidetur declaratione indigere dicente Feſto. Peniculi ſpon/giæ longæ: propter ſimilitudinem caudarum appellatæ: penes eni uocant̃ caudæ: & hoc ad libidinẽ ſpectare nemo ignorat: ꝑſertim

Tragos

Spõgiarum tua gñã.

Hircolus

Libidinis tria nomĩa.

Virg. locus.

Imanes

Lucretii lo.

Peniculi

Penicella

Penes

Penis

Spongiosa i corpore

Testiculi

Libido no/tatur nomi/nibus spon/giarum

Suetonii lo/cus

Rutabulũ

Ptheregiũ

cum penis mẽbrum uirile sit: Martialis. Sed si quis nimio pene su/perbus erit. Sed dicerent nonnulli: unde est: φ maiores nostri libi/dinem a spongia denominarunt: ratio i promptu est: nam quæ pri/cipalia sunt ad uenerem: ut renes: testiculi: & ipsum uirile mem/brum: spongiarum similitudinem gerunt: renes nãq per quos riui obscẽi humoris fluunt: & testiculi ex quorũ motu: & agitatõe hũor ipse liquefit: & ipse colis mẽbri: quo semen eicitur: & uenosa: & ca/uernosa: & spongiosa sunt: nam testiculi: & in tumescunt: & exte/nuant᷑: ut plus minusue humiditatis accipiunt i suis cauernulis: de renibꝰ quid loquar cũ aspectui ipso eorum pateat cauernosa & spõ/giosa natura. De mẽbro etiã me tacẽte huiuscemodi uis cognosci᷑: Accedit etiã φ genitalia cum ui quodãmõ agitant᷑ ita cõceptum ut cõpressa spongia humorẽ emitunt ac semine fluunt: hac igi᷑ rõne maiores nr̃i qcũq illi fuerũt: noibꝰ spõgiarũ libidinẽ noiarũt: cuiꝰ rei ñ ignarꝰ Cæsar augustꝰ saturnalibus si qñ libuisset mõ munera diuidebat: uestse: & aurũ: & argẽtum: modo nũmos ois notæ: etiã ueteres regios: ac peregrinos iterdum nihil p̃ter cilicia: & spõgias: & rutabula: & forpices: atq alia id genus titulis obscuris & ambi/guis. Ita eni refert Suetonius in uita augusti. Recte igitur augustꝰ huiusmodi munera mittebat ad iocũditatem: nam rutabulum qd sit audiatur Fœstus qui ait. Rutabulum a proruendo igne uocatũ quo panes coquuntur: inuenitur tamen positum pro membro ui/rili: sed spongia: ut facile connicere possumus: tam patientis q̃ ha/bẽtis rem imaginem gerit: nam & ex ea humor exprimitur: & ipsa quoq humorẽ recipit. Cum igitur multa dixerimus illuc reuerta/mur unde digressi sumus. Dicit igitur Censorinus quod tragisin græci uocant: nostri dicunt hirquitallire: illi uero tragon hircum: ab illa spongia: que tragos dicitur noiarunt: ita ut tragos spongia sit primitiuum: quod ergo græci tragisin: nostri hirquitallire: illi tragon hircum a spongia: nos hircum ab angulo oculi libidinem in/dicantis deriuamus: bene ergo Suetonius: & Seruius dixerunt: & Festi uerba cum utroq concordant: de hoc satis iam ad alia descen/damus. In libro de homine sunt hæc uerba: licet ptheregiũ de aliis dicatur: nam caro superuacua ungues: digitosq: crescendo operi/ens hoc nomine appellatur. In nostra dicit Georgius: hæc nõ dice/ret Galeottus si sextum Cornelii celsi librum perlegisset: ubi de di/gitorum ulceribus hæc scribit: in hisdem recedere ab ungue carun/cula cum magno dolore consueuit: pteregion græci appellant ca/

runculam discedere ab ungue: non crescẽdo operire: dixit hæc merula conuersus iterum ad conuitia: dic merula quid dicunt uerba Cornelii: nisi quod ait: Galeottus? dic inquam quomodo caruncula potest ab ungue discedere: nisi crescat? non enim recedit a sede sua: nisi crescendo: alioquin recedẽdo caderet. Cornelius igitur dicit principium: nam tunc ptheregium ichoat: cum caro ab ungue recedit: nos autẽ diximus finẽ ulceris: nã cum recedit crescit: & ungues: digitosq; operit: recedens enim caro illa non superat: sed dilatatur: sicuti ala in auibus: cum enim uolãt tũc alæ crescunt: idest expanduntur: & maiores fiunt: non tamẽ ab auibus cadunt: & ab hac similitudine pteregium dicit: pteros enim ala dicitur. Iam. Georgius existimat se ex omni parte munitum quia secundum eius sententiam Ciceroni innititur: qui dicit per detractionem mediæ litteræ: uel syllabæ: a maxilla malam esse factam: ex quibus uerbis argumẽtatur Galeottum errasse: qui dixit maxillam dimĩutiuum a mala: ubi tu unquã legisti Georgi dimĩutiua paucioꝝ syllabarum esse: q̃ primitiua: nam palus paxillus diminutiuũ: ut ait Nonius: qualus quaxillus: mala maxilla: ala axilla. Ratio eni efficit: ut diminutiua: quæ qualitatis: aut quãtitatis: diminutõem patiunt: ne i syllabis detruncent. Immo grãmatici: & usus doctoꝝ ubi iacturã fecerũt in syllabis: tpibus repẽderunt: sicuti alius genitiuo cum duplici i propter crementum scribi debuisset litteram detractam productione cõpensant. Nonne Priscian⁹ omnesq; grãmatici sentiũt mecum? nõ enim textus mendosus uel ambiguus adducendus in testẽ est: nam nullo pacto detractione litteræ fieri potest ex maxilla mala: necesse est detrahantur litteræ tres: maxilla duplicat l: sicut expostulat hæc forma dimiutiuoꝝ: & mala unico tãtum l scribit? Sed si Ciceronis textus non est mendosus: debes intelligere eius mentẽ: & ut ipse opinat⁹ est: & ratio expostulat. His uerbis Cicero hoc insinuat. Si malã quasi matrẽ maxillæ dubitas: uno ostendã signo: detrahe litterã: uel syllabã: & cognosces malã esse factã: nõ dicit dimĩutiuũ: sed recognosci matrẽ: ac principiũ maxillæ malã eẽ propter detractionem litteræ: uel syllabæ. Præterea: & si Cicero erarret: uis ne tu errata ꝓ approbatis atq; idoneis habere: nunquã Ciceroni assentiar: cũ dicit quoniã a uiro uirtus nomẽ ẽ mutuata: nec putabo nephas uti nouissimo: & nouissime: ꝓ ultĩo: cũ ipse Cicero nũquã fuerit usus. nec unquã erratum Ciceronis excusabim⁹ quod est in secundo libro de gloria: in quo scriptum est. Aiax cum

Alæ i auib⁹.
Pteregium unde
Pteros alã sig.
Alius
Maxilla Cicero declaratus.
Virt⁹ a uiro
Nouissimo & Nouissime dictiões non usitate Ciceroni

Hectore congrediens depugnādi causa: agit ut sepeliatur si sit forte uictus: declaratq́ se uelle ut suum tumulum multis etiam post sæculis prætereuntes sic loquantur. Hic situs est uitæ iādudum lumina linquens: Qui quondā hectoreo perculsus concidit ense. Fabitur hoc aliquis mea semper gloria uiuet. Huius autē sententiæ uersus: quos Cicero ī latinā linguam uertit: non Aiax apud Homerū ut sepeliatur: sed Hector dicit. Et Hector de sepultura ait. Ecce Georgi uides Ciceronē aliquando etiam minimarum rerum obliuiosum: cuius emendator Tiro libertus nō omnia inspexit. Quæ igitur dementia te cepit merula: textum uel mendosum: uel male intellectum: uel errore inuolutum in medium afferre cōtra ueritatē: & omnium grāmaticorum sententiam: quā quisq́ norit artem in ea se exerceat ut ipse ait. Si ita peruerse sentiret Cicero: ut a maxilla mala esset: remittēdus esset ad grāmaticos: tanquam is qui se in ea arte quā non norit exercuerit: Sed si sane intelliges uerbū Cicerōis: nil aliud dicere uoluit: nisi posse cognosci malā primitiuū: qa ex maxilla: detracta syllaba: statim fit mala: sicuti a paxillo detracta syllaba: statim fit palus. nā x detracta & l: quod forma diminutiuorū duplicauit: & assumpsit: palus fit: Sed dicerent quidam hoc nullo pacto sic intelligi posse: quandoquidē Cicero sic ad brutum. Quinetiam uerba sæpe cōtrahuntur: nō usus causa: sed aurium: quomodo autem uester axilla ala factus ē: nisi fuga litteræ uastioris: quam litteram etiam e maxillis: & axillis: & uexillo: & paxillo consuetudo elegans latini sermonis euellit. Quo pacto igitur hic sermo intelligitur? Georgius si mediocriter doctus fuisset. aduertisset: non dicit Cicero maxillam: axillam: uexllum: paxillum primitiua. Et malam: alam: uelum: palum diminutiua: insanientis profecto esset hoc cum ratio diminutiuorum: aut plures syllabas aut totidem: ut pupula pupilla: pautiores requirat nunquam. Sed Cicero cum de perfecto oratore loqueretur censuit huius debere sermonem esse suauissimum: ideo monet necessarium esse huic consulere auribus: ita si maxilla: & axilla: & alia huiusmodi: quæ pronuntiatione asperiora sunt ab oratione: & subiecta materia expostulentur: ut potius pro eleganti sermone: & suaui: malam dicam⁹: quam maxillam: & alam: quam axillam: palum: quam paxillum: uelum: quam uexillum: ita ut eligam⁹ magis a paruo significatio: quam a suauitate sermonis: declinare. Et ideo ipse ait: Sæpe cōtrahuntur uerba non usus causa: sed aurium. Vnde cum dicere debeē

Contra Ciceronem

Epitaphiū Aiacis

Malla

Palus

Paxillus

mus in usu sermonis maxillam: malam: axillam: alam: paxillum: palum: uexillum: uelum dicamus: & cũ sermo deberet esse lōgior: quia maxilla malam syllabis superat: ut malam ponam⁹ loco maxillæ: alam loco axillæ: palum loco paxilli: uelum loco uexilli: quod est breuius contractiusq; uocabulum. Et sic esse intelligendum insinuat Seruius: quandoquidem septimo æneidos ita dicens. Vexillũ significat quod tractum ē a uelo diminutione & uelum uexillum: Non igitur doctissimi uiri ita peruerse intelligendum Ciceronem putauerunt: malam igitur ꝑ maxilla: & alã pro axilla: potius dicendum putat Cicero pro sermonis elegantia: etiam si sermo axillam: & maxillam requireret: nam in mala & ala: & talibus uocabulis ē l littera quæ fluit. In maxilla autem: & axilla: & reliquis huiusmodi: inest x: que c & s continens: sermonem reddit tardiorē: nec fluētem: nec mollē efficit: ut suauitas orationis expostulat. Iam ad oscilla conuersus Georgius multa proponit: & hic artem ostentat: ac si quæ dicit essent abstrusiora: & me increpat: qm̃ quæ ipse dicit non enarraui: imemor eorum: quæ dixi in libro de hoīe: ī quo sæpe admonui me nō oīa dicturũ: præterea uitiosum esset cum de homine loqui uellemus: & de hoīe liber inscribatur: in declaratiōe uni⁹ uocabuli totum fere opus cōsumere. Qui.n. uocabula omnium reꝶ cupiunt: non in nostro libro: sed in aliis reperient: Cum āt diximus menta porcina allegantes Plautum. Georgius tāquã oraculorum interpræs: hæc dicit: Nam siue librariorum uicio: siue corrigētium ignorantia: ubi polimenta legabatur menta scriptum est: quo spiritu: uel furore potius scis hoc o merula? unde uaticinaris: in quo libro hoc iuenisti? statim ad illud pristinum confugium tuũ te uertis ut mēdosum dicas textũ: & illum bonũ iudices codicē quē tu deprauasti: si sanæ mentis esses hæc diceres nunq̃. Nōne uides: nec rōne metri: nec significatiōe: ullo pacto polimēta eo ī loco dici posse: pedē.n. supuacuũ: q̃drisyllabum: loco bisyllabi positum: cōtra metri rōnē apponit: & polimenta testiculi porcoꝶ tunc dicunť cum eximuntur a pollutione: ut ait Festus: Non.n. hæc inter esculenta ullus unq̃ noīauit. Nam testiculi porcini olim sumptuaria lege prohibiti sunt. Sed diceres: ergo & polimenta: non recte argumentaris. testiculi enim non semper dicuntur polimenta: sed tunc cum eximuntur propter pollutionem auctoritate Festi ut dictum est. Tua siquidem uerba ita posita sunt ut hoc modo argumentari uideanť: In textu Plautino polimenta & non menta poni debent: quoniam

Vexillum

Oscilla

Menta porcina

Polimenta

Testiculi porcini

polimenta dicuntur testiculi conditi. O solertis dyaletici argumentum: Est enim huiusmodi: debes mihi aureos centum qa aurei sunt ex auro nummi: hæc est balbutientis merulæ ratio efficacissima. Nonne te pudet huiusmodi deliramenta effutire? præsertim cum ex arte coquinaria argumenteris dicens: quo pacto menta porcina dari potuissent. Quid obstabat Georgi menta non posse cōdiri: nōne hæ quoq; partes uel aqua molliuntur uel torrētur igni sicut cætera.

Vultuosus

Diximus quoq; in libro nostro de homine: a uultu uultuosus: quod tristem significat: ut ait Nonius allegās Ciceronē. Hic Georgius ut consueuit conuitiis me incessit: infrequens nimium & negligens Ciceronis lector fuit: utpote qui non obseruauerit in quo Ciceronis opere hæc legantur quæ in libro Ciceronis ad brutum de optimo genere dicendi habentur. hic unusquisq; facile itelliget quo ingenio est Merula & hominem sine naturali prudentia simillimum bruto esse. non enim ad hæc intelligenda litteræ necessariæ sunt: sed aliqua naturalis prudētia. Nam si sartor uel cerdo litterarum expers hæc uerba audiret non putaret Galeottum infrequentem Ciceronis lectorem propter testimonium Nonii nec diceret Nonium ibi esse allegatum propter uerbum sed propter uerbi significationem. Non indiget Galeottus testimonio id esse in Cicerone sed uultuosum illius esse significationis Nonii testimonio cōfirmat.

Vultuosus

Nam uultuosus alia quoq; significat aut denotat: & tamē Galeottus restrictæ significationis declarationem tunc i Nonium reiecit. Nam si Galeottus uultuosum dixisset tristem dūtaxat non plene expressisset huius dictionis uim etiam in ipso Cicerone. De his quæ secum murmurat Merula ut dixim⁹: quoniam ad nos non pertinent nullam faciemus mentionem: Non enim iurgia Georgii mihi pariunt fastidium: sic enim ut sæpe dixi philosophamur. Ego in libro de homine admonui me nolle ab instituto recedere: & Geor. uoluisset ꝙ omne tempus in uno uocabulo triuissem: quod q̄ ex arte factum esset iudicent qui aliqd doctrinæ salisq; habent: nos interea hanc georgi inscitiam irridebimus. Vnum mihi graue admodum uidetur argumentum georgii dicentis ꝙ etymologiam quorundā morborum inserere debuissem: cum nomina græca græce omnino scribi debuisse ait georgius. O ridiculum caput ethimologias ponere debuissem: nescis georgi nescis profecto legem traductionis quæ prohibet ethymologias traduci: nam doctissimus & sanctissimus uir Hieronymus Aquilam illum, q sic factitauit redar

Lex traductionis

guit.inquit enim. Aquila autē proſelitus & contentioſus interpres quia non ſolum uerba ſed ethimologias quoque uerborum trāſferre ipſe conatus eſt.hactenus Hieronymus. Verūtamen i narratione fieri poteſt aliquando ut dubia declararēt: hoc enim arbitrariū eſt ſicuti Liui⁹ cū de pomerio diſputat & iuris interpres de poſtliminio facit: quando enī huiuſmodi incidunt poſſunt ſeruato ordine materiæ ſine uicio exponi: ī:traductione autē que non ſunt trāſferre:ethimologias quoq; dicere cōtra artem eſt:imo nec uerbum uerbo curabis reddere Fidus iterpres ut ait Horatius. Inferius etiā merula uult ex auctore facere comentarium. Nam i declaratione ſegmentoꝝ ad minuta quæq; me deſcendere optaſſet.ſed ego alterius ſententiæ fui i toto uolumine meo. Quod autem me audacem uocas ꝙ ſcaluinos pro dalmatis & liburnis dixerim rideo eternūq; ridebo tuam admirans inſcitiam. Neſcis Georgi ſcauios ex ſcythia ueniſſe & hæc loca occupaſſe: neſcis pānonias ab hunnis & a uaribus fuiſſe occupatas: & inde Hungariam quaſi hunnauariā dictā. Neſcis quoq; o Georgi Epirum ab albanēſibus poſſeſſam: quoꝝ rex olim Alexandro donauit canes: non ſunt Georgi in his regiōibus illi antiqui populi ſed alii qui occupauerunt illas.nam italia ipſa nō retinuit noīa antiqua ſed plerūq; i nomine fluctuauit ut etiā romæ facta ſit nominum mutatio. Nemo nunc uocat fluētiam ab illo antiquo oppido ſed Florentiā. Bononia quæ olim felſina. Ferraria quondam Niuentum: forum cornelii Imola: Fauentia dicebantur: non dicas me in hac re audacem ſed diligentem. nā cum de populis loquerer: erraſſem plurimum ſi Pannonios dixiſſem qui nuſquam ſunt.tu autem olim interrogaſti me ubi hoc reperiſſem: ego edocui locum ſed tu fortaſſe uel neglexiſti uel obliuiōi mādaſti uel inueſtigare neſciuiſti.hæc demētia tenet nunc nōnullos q uolunt haberi docti ut de temporibus Nini & ſemiramidis: & ſi qua ſunt uetuſtiora non imperite loquātur: cum uero de rebus geſtis iam quingentis ſexcentisue annis loqui debent infantiſſimi reperiuntur. Caricam Georgius dicit ficum duntaxat non bene antiquorum auctoꝝ memor. Nam carica & ficus & dactil⁹ eſt ut in libro noſtro de homine declarauimus. Ad cuius rei declarationem ſcis Georgi dactiloꝝ arborem palmarē dici & Ouidius in libro metamorphoſeon: Palmaris trunci naturā expreſſit cuius pomū ē carica cū ait: Rugoſis carica palmis.eſt igit' carica ſuauitatis nomen: & ideo tā fico ꝙ̄ dactilo recte tribuitur: In utroq; enim eſt ſuauitas. nā in po

Liuius
Sclauinii
Pannonia
Hungaria
Florentia
Bononia
Fluentia
Felſina
Niuentum
Ferraria
Imola
Fauentia
Carica
Palmaris arbos

Ficus Cariota Careota — mis & ficis sæpe hoc fit ut unum nomen plura cōphēdat: sicut f' c²morb⁹ & pomū dicit̃.sed cūm dicis te legisse cariotas pro dactilis nescis distinguer̃. cariota enī p i scriptum dicit̃ dactilus sed nō oīs. nam teste Plinio: Is dicit̃ ex qua uinum fit quod caput lædit. Vñ ut ait ipē: nomē est impositum: caria.n.caput dicit̃.sed careota p e est

Apitius — pastinaca nigrior a careno ut arbitror dicta: huius rei testis est Apitius q inqt: Careotæ seu pastinacæ fricte œnogaro feruntur.aliter careotas sale oleoq; puro & aceto & aliter careotas elixatas & cumio oleoq; modico coques.itaq; Georgi cariotæ dactili p i: careotæ pastinacæ p e scribunt̃. Sed qd deinde garris Georgi: cum dicis in me hæc uerba.quanto ergo distinctius scripsisset hoc modo.dextrā uenerantes auersam petūt nō supplices.nā qui dextrā reducis marii osculabantur: nō supplicatiōis: sed ueneratiōis gratia faciebāt. cum id signi ad discernendos amicos marius suis dedisset: hæc Me

Lucani loc⁹ — rula historiarum: & Lucani immemor. Veneratiōis Merula fuisse inqs dedisse osculum marianæ dextræ.at nō ita sentit Lucan⁹ qui ait scđo pharsalidos. Spes una salutis oscula pollutæ fixisse. tremētia dextræ: nā pauorē quoq; eo⁊ q hac spe salutis osculabant̃ marii dextram nō reticuit poeta cum tremētia dixit oscula. A dextra marii descendamus ad cōdylos quoniā & hic quoq; merula balbutit. Dicit.n. Geórgius arroganter & indocte Galeottum de dictiōe græca præcepisse: huius erroris inscitiā ita coarguit. Ergo ex græcis auctoribus & significationem: & etimon sumem⁹: q dicunt iuncturas articulo⁊ in digitos: & eminētes: stricta in pugnum palma

Condyli — nodos condylos appellari: quattuorq; digiti auctore Aristotile & polluce ternos habere cōdylos: pollex uero duos.igitur per condylum pcussio fit cum manu compressa nodis digitorum aliquem cedimus: hæc Merula imemor suiipsius: nam in libro de homine allegatur Martianus q dicit. Caput illi uirga cōminuens eidē quibus fuerat eblandita ictibus cōplicatisq; i cōdylos digitis uulnerabat. complicatis digitis iquit & non manu compressa.licet nullo pacto manus possit in pugnum claudi nisi condyli cōplicentur: sed tu credidisti per textum plutarchi meam confutare sententiam cum dixit statim expirasse quem pollux pcussit: nō hoc dixit nisi ex quodā miraculo: nam pugno occidere cuiuis facile est: sed condylo interfi

Locus Suet.in tiberio — cere non nisi prodigiose fortitudinis est. Cum igitur pollux dicitur hominem cōdylo occidisse ad eius fortitudinē refertur. sicuti legit̃ de Tiberio cesare.nam articulis ita firmis fuit: auctore Suetonio:

ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri: uel ēt adolescentis talitro uulneraret. talitrum autē o merula cōdylus est in hac significatione nostra. nam pugno puerum adolescentemue uuulnerare uel imbecillo facile esset. ꝙ autem Demosthenes a midia percussus condylo in festis liberi patris: tantopere affectus cōmotusq; ē: nō tantum ipsa percussione: quantum ipso contemptu cōmotus: cum in liberalibus ut puer condylo percuteretur: quoniā in ipsius contemptum factum putaret. Cum diximus condylomata eē cæcas hemorrohidas: optime dixim⁹: Nam nō hemorrhoidas dumtaxat dicimus sed cæcas addidimus. cæcæ āt sunt quæ nō apparēt. hemorrhoides enī fluūt: cōdylomata nihil emittunt. hemorrhois enim est sanguinis fluxus loco præfinitus. Condiloma est ēt tuberculum loco ꝑfinitum cum morbū significat: sanguinē minie emittens: & ideo cæcum. Sed cum merula me hortatur ut medicos consulā: amice facit: sensit eni merula hūc morbū sibi grauissimū: ideo unūquēq; admōet ut ī hac re medicos cōsulāt. at tu Merula si medicum cōsuluisses Galeottū nūq̄ tibi tā turpiter cōdylomata cōfricari: rumpiq; optasses olim: cū medicabas: nimium est quod intelligitur: robustos adolescētes ad huiusmodi opus patrādū. Coarguit etiā merula textū nostrū ubi dictū est truncum thoracē dici: & ad eius uesaniæ firmamentum multa adducit. primo nāque negat dici truncum nisi corpus capite priuatum: ibiq; Virgilianum illud ostentat. Iacet ingens littore trūcus: auulsumq; humeris caput: & sine noie corpus. Quoties ego dixi tibi o merula deberes has pueriles ieptias exuere: teq; ad rectam intelligentiā traducere: nā hac demētia es ut cū primum aliqd repisti: illud tibi sit unicum & præcipuū. Cur igitur miser nō legis: nō studes: negas trūcum nōnisi capite priuatū dici: ut q es penit⁹ litterarꝝ expers. Trūc⁹. ca. cū. Vnde truncus est: dicit᷑ mutilatus: & ꝑtibus necessariis: ac naturalib⁹ priuatus. Vnde cornelius celsus in prīo. Tanq̄ sine ea trunca: & debilis medicina esset: trūcā inqt ꝑtibus necessariis orbatā. Lucanus cū de cæsare loqueret᷑: quē fere legio seditiōe reliquerat: dixit. Tot raptis trunc⁹ manib⁹ gladioq; relict⁹ pene suo. fuit ne Iulius cæsar o Georgi capite truncatus: q multa milia hoium uictoria ciuili uita spoliauit. Idē Lucan⁹ ī primo. Qualis frugifero quercus sublimis ī agro exuuias ueteres populi sacrataq; gestās dona ducum nec iā ualidis radicibus hærens pondere fixa sua est: nudosq; p aera ramos effundens trunco nō frondib⁹ efficit umbrā. Idē in tertio. Iniectaē

Talitrum

Condylomata

Hemorrhois

Thorax

Trūc⁹. a. ū.

Lucanus

manum sed eã grauis isuper ictus amputat: illa tamẽ nisu quo ptẽ derat hæsit: diriguitqꝫ tenẽs strictis imortua neruis. Creuit i aduer sis uirt⁹: plus nobilis iræ. Truncus hẽt furtiqꝫ instaurat prælia læ/ua. Dic quæso merula: ubi nã capite truncati instaurant prælia rur susqꝫ pugnant. Vnde nos truncum diximus pedibus: manibusqꝫ: capiteqꝫ priuatum: & nõ capite solum ut tu putas mutilatum. Ne/gas ẽt: & postea tibi ipsi contradicens affirmas thoracem id esse qđ nos affirmauim⁹ in libro de hoie. In qs. n. sed qd thorax. Idẽ Iulius thoracẽ appellat qcqd anterioris dumtaxat partis a collo usqꝫ i co xendices ꝓtendit. quem conficiunt crates costaꝝ: & recte dicit. nã costæ incipiunt a spina o merula. spina ãt i posteriori ẽ: thorax igit secundum te dicit pars anterior: & Iulius dicit fieri ex cratibus co/staꝝ: hinc teipsum illaqueas: nõne costæ fundamẽtũ hñt in spina. si thorax igit ex cratib⁹ costaꝝ fit: nõne uides thoracem: & ãterio res: & posteriores ꝑtes continere qñqdem a spina incipit. Præterea cum dicit Cornelius. sudor autem & cõsuetudĩe & modo & tpe ex toto thorace & ceruicibus atqꝫ etiã capite erumpit pedibus tãtum & cruribus siccioribus atqꝫ frigẽtib⁹: nõne ostẽdit luce clari⁹ qd sit thorax. nam si de parte anteriori itellexisset: ẽt dixisset sudorẽ ma/nare a parte anteriori capitis pedum & ceruicis: sed nõ facit hanc distinctionem: sudorem dixit manarẽ a pedib⁹ manib⁹ & reliqs tam ante q̃ retro: ubi. n. lectum est hoc: & pars anterior dũtaxat sudo/rem emittet i eo morbo: sed tu nec Cornelii: nec Pollucis unicum uerbũ itellexisti. Iuli⁹. n. pollux optĩe descripsit ac præfiniuit cũ di/xit thoracem ad coxendices usqꝫ pro tendi cõficiqꝫ costaꝝ cratib⁹: nã costæ a spina oriũtur. cum admiraris Pliniũ dicẽtẽ: thoracis ui tia purgat facis ut cõsueuisti. thorax. n. ab excellẽtia dicit pars cui subiacet cor: unde cum Pli. thoracis uicia tolli autumat ad partem retulit ꝑ excellentiã non ad totum: de ea enim parte intelligit quæ est nobilior: & thoracis uicia dicuntur quoniam sunt illius ꝑtis ui cia quæ arcẽ hominis: idest cor cõtinet. Georgius uero cum thora ca legit in armis: putauit munimentum esse ãterioris: & nõ poste/rioris corporis: nec uidit Boetium q ait in Isagogis. hoĩs enim cor/pus in ꝑtes suas diuides ita: in caput: manus: thoracem: pedes: & si qs alius ordo secundum ꝓprias partes fit. Hæc Boetius. In fine au tẽ huius tãquã poraturus nostet merula allegat Corneliũ dicentẽ. uel ad inania ut guttur: stomachũ: thoracẽ penetrauit abũde. iam ex his patet Cornelium celsum thoracẽ accipe pro parte concaua.

Thorax.

Costæ

Spina

Arx homis

O ridiculum caput? quis hoc negat o merula: nonne in homine sunt membra partim solida: partim cōcaua: & inania? Solida sunt: man⁹: brachia: pedes: caput: Inania: idest non solida sunt: guttur: nā per/uium est esculentis poculentisq₃: stomachus qui illa recipit. thorax idest truncus etiam inanis & cōcauus: qd igitur deliras? quis hoc i/ficiatur? dixi ne ego unquā thoracem esse solidum? ut te igit̄ miser non agnoscis: cur ita ineptiis scates? Post hæc Georgius subdit di/ploidem & abollam esse unum & idem: quod licet ad rem nostram non faciat: nō ē enim inter obiecta: tamen huius merulæ ineptias uisum ē refutare. ubi nā legisti abollam latinum nomē esse: cū græcorum sit habitus. Dicit. n. Iuue. audi facinus maioris abollæ. Stoicus occidit bareā: dlator amicū: discipulūq₃ senex. Et Serui⁹: quod duobus uerbis poeta Virgili⁹ dixit: uno uerbo exposuit ille duplicē ex humeris reiecit amictum: & hic dixit. i. abollā: q̄ duplex est sicut clamis. Horati⁹. Cōtra quē duplici pāno paciētia uelat. duplicē igi/tur amictum. i. abollā: nō dicit abollā latinum & diploidē græcum. utrūq₃ enim græcum ē: & abolla græcorꝝ habitum insinuat: Vnde Seruius de entello siculo tāquā græco dixit abollam: & Horati⁹ de Diogene quē cōstat cinicum græcanico uestimēto contectum: Di/plois & abolla differunt forma: nam diplois ut ait Hieronymus pal lium est: pallium enim oblongum & fluxum & duplex ē: abolla ue ro duplex quidem: sed alterius formæ. Ita enim ex uerbis Seruii cō iectamus: cum dicit duplicem amictum: idest abollam: quæ duplex est sicut clamis. quantum autem distet clamis a pallio nemo est qui non intelligat: iam ad alia descendamus. In libro de homie utimur his uerbis. Vbi collum desinit incipit iugulus qui quasi lacunā quā dam efficit. Hic Georgius nec nostra: nec aliorum uerba intelligēs dicit. Iugulum est os: allegans ad hanc rem corroborandam: uer/ba Cornelii ita dicentis: pectus atq₃ humeri circa iugulum utrūq₃ extenuantur: & rursus in octauo idem auctor exponens ossa cor/poris ait. Iugulum autem ad ipsum recuruum atq₃ inter durissi/ma ossa numerādum: & reliqua. quis negat Georgi iugulum hac dictione: quia ibi iugata sunt ossa: & eo in loco qui correspondet locis animantium ubi iugantur: nemo hoc negat qua. n. rōe iugul⁹ diceret̄ cum a iugo sit hoc nomē nisi eēt quædā iugatio: sed nos in libro nostro declaram⁹ locum iuguli & dicimus iugulū efficere q̄dā lacunā sicuti re uera est. nā illa duo ossa ex utraq₃ pte ad illum locū concurrentia lacunā efficiunt. cū dicimus in iugulo est uulneratus

Mēbra hoīs solida concaua Inania

Diplois Abolla

Iuuenalis locus

Horatii loc⁹

Pallius Clamis

Iugulum

aliqs: quæso Georgi ubi itelliget uulneratus secundũ tuã stultã opinionem in dextra & sinistra & in medio: Nõ ita fluctuat latinitas habet. n. locum præfinitũ: si qs igitur ĩ iugulo uulneratus dicetur: nõ in ossibus illis sed circa lacunã uel ĩ lacuna uulneratus cẽsebit. nullus. n. ĩ dextro uel sinistro humero ictus iugulatus dicetur: alio

Ouidii loc⁹

quin dictum Ouidii apponeret superuacua quod tu allegas: pq́ latus summum iugulo est exacta sinistro nã Ouidius ad sinistram partẽ inguli sagittã uenisse ĩdicat eo uersu: præterea ubi dictum ẽ a nobis iugulũ esse lacunã. Cur a te ipso recedis & uerba mea uel dissimulãter pertransis uel non ĩtelligis. Dicimus enĩ: ut iteꝝ repetã: iu

Iugulare.

gulum efficere: non esse: lacunam. Accedit etiã ad hoc q̈ iugulare cum sit uerbum facilitatis ĩ cedẽ: ut allegantes Cornelium ostendimus: cum quartana neminẽ iugulet: non ĩ ossib⁹ sed ĩ mollitie quadam: & in illa quam uocamus lacunam fit: licet plerunq́ poetæ &

Inguen

oratores sumant nomina a uicino sicut iguẽ tã membrũ idest rem ĩguini proxima q̃ ipsum locũ significat: noli igit̃ Georgi tam cecutiens ĩ lectitãdis libris esse. In eo disticho martialis ubi dicim⁹ tatas

Tata

ubera dici ab antiquis plurimum insanit Georgius. tanq̃ is qui minimi igenii nesciat elicere sensum ex eoꝝ reliqua non uidens multũ displicere: illo cruciat̃ affectu q̈ nequit mentem Martialis ĩtelligere: & dicit mammas & tatas esse dictiones græcas allegãs pollucẽ græce scribentẽ. O merula piscis: o merula auis hec nõ spectant ad te: excedũt enim mẽsurã artis pedagogicæ: ĩtelligere dictiones cuiates sint non cuiuis facile ẽ: & ut altius repetamus. Sunt quædam dictiones coẽs omnium linguarum quia a natura proficiscuntur.

Ah
Oh
Pipare
Ah ah he

nam ah dolentis totius speciei humanæ est: oh lachrimãtis omniũ nationum: o uocantis omnis linguæ: sic & animalium: nam apud iudeos passeres pipant sicuti apud nos mugiunt boues: & apud Persas & apud græcos ah ah he ridentis tam Chaldeorum q̃ Egiptiorum: balare est omnium ouium: nunquam Georgi passiões naturales restringes ad aliquam linguam. Non enim benedices o reperitur apud græcos uocantis uel gaudentis: ergo dictio græca est:

Arida pro terra
Mamma
Tata

nisi intelligas græcam dictionem: quia apud græcos prius scriptã reperisti: sed hæc non est ratio ualida: nam aridam pro terra nos reperimus: ut aridam fundauerunt manus eius: attamen hebrea dictio est. Sic ut ad rem nostram reuertamur: mamma & tata sunt affectus & passiones naturales quas pueri sua sponte profunderunt nulla disciplina edocti: & ita teste Aristotile in Phisicis: pueri

omnes mulieres matres uocăt: eſt enim illis confuſa intelligentia. Vnde non mirum ſi græce: & latine: & barbare infantes ubera uocant uocabulis cōibus: ideſt naturalibus parentum quos uident ut plerunque mammas ſæpe tatas appellent: & cum buas: & papas: pro potu: & cibo dicunt nullius linguæ: ſed naturalis affectus eſſe cognoſcimus: quo ad feſtiuitatem poetæ quā tu minime intelligere ualuiſti aduerte queſo. Martialis ut cæteri ſcriptores epigrammatum plerumq; i mores: nōnunquam i corporis formam iocantur: ſicut illud terram naſus indecens tangit: & illud quoq; deos rogabis ut totum te faciant fabule naſum: & illud quoq; præterea rictum qualem defeſſus in æſtum mingentis mulæ cunnus habere ſolet: ſic hoc in loco Martialis uidens affram maximarum mammarum: quam ſic uocauit: quia affricanæ mulieres huiuſmodi erant ut in moreto legimus: interdum clamat cibalem hæc erat unica cuſtos Affra genus tota patriam teſtante figura: pectora lata tument mā mis: Vidēs inquam iocatur in eam dicens huic affræ mulieri. Ex uitio patriæ ſunt mammæ & tatæ: non enim his caret: ſed ſi uolum⁹ diligenter inſpicere tāta ē magnitudo tatarum & mammarum: ut tota dicatur una tata & una mamma: cum ipſa tota nihil ſit quam mamma & tata. Quid igitur dices affræ mulieri eſſe tatas mammas? cum ipſa tota nihil aliud ſit q̄ mamma & tata: & hic eſt o Georgi lepos martialis: habet inquit affra mammas & tatas: ſed ipſa eſt una tata & mamma omnium mammarum: & tatarum: maxima: nā poeta conſueuit huiuſcemodi iocis uti: ſicut ad zoilum inq̄t non uicioſus hō es Zoile ſed uicium: nō.n. hēre uicium: ſed ipſum uicium eſſe contendit: ſicut de affra iam ſæpe dictum eſt: non mammas & tatas tantum habere: ſed potius totam eſſe māmā & tatam: & ſic maximam tatarum & mammarum eſſe: A mammis Georgi⁹ ut in fantulus in lingua latina tranſitum facit ad textū. Nam diximus in libro de homine. Plauti textum in milite glorioſo: & Georgius hæc euomit in nos. Indigna dictio latinitatis aſſertore & eo q bellum barbaris indixerit. Nā textum nemo niſi indoctus & plane barbarus dixit hæc Georgius. o infantule cur amāmis diſceſſiſti? & cur iteꝝ nō te ſubicis ferulæ? cur aliquādo nō legis libros latinos miſer? eſt ne hoc opus quattuor annorum quod tu gloriabund⁹ in omni turba hoium iactitas? tā diu ſtuduiſti? tā diu cogitaſti? ut tādē barbaꝝ uocabulum & idignū aſſertoꝛ latinitatis textū eē diceres. Accipe Georgi aliquādo helleboꝝ: accipe inq̄ & nō delirabis hoc

Buas
Papas

Martialis. locus

Virg. locus in moreto

Textus

pacto: dlirium siqdē ē hoiem q tres q̄ tuorue codicillos lectitauerit negaē nusq̄ eē aliq̄ dictoē. Qui.n.hæc dicit debet omnia legisse: intellexisse: & memoriter tenuisse. Incipiamus iam huius misellı uiri atram bilem purgare. Plinius octauo. & quam solam a scutulato textu cōmendat: hic loquitur de textura: sed Georgius dicet tanquam rationis expers textum pro textura filorum: & non uerborum dici posse: Sed Valerius o Georgi te illaqueat q sic in quinto in capite de humanitate. ponatur in cōspicuo acies qua prostratus est Perses: & harum rerum quas retuli contextus utro magis spectaculo delectentur homines: adhuc Merula uolitans requiret dicēs & illud Valerii non uidetur de libris dici. O Georgi Merula cecutiens audi uerba Seruii ī quinto Aeneidos dicentis sic. Figura fit quæ sit in contextu sermōis uitiosa. hoc satis ne est ad captādam merulā? Citetur adhuc Aurelius augustinus super eo psalmo dominus de⁹ noster: ita enim inquit in finem pro torcularibus psalmus ipsi Dauid: nihil de torcularibus in textu eius psalmi cuius titulus est dicere uidetur. Idem in eo psalmo In domino confido. Iam enim satis tractatum est quid sit in finem: ipsum ergo psalmi textum uideamus. Idem in eodem decenter quippe post textum sermonis redit ad caput. Idē ī secunda expositione illius psalmi. Cæli enarrāt gloriam dei. in eo uerbo. Et ab alienis parce seruo tuo: ita inquit quid sit & quale sit hoc ipsius psalmi textum quātum donat deus breuiter percurramus. Citetur ad hoc etiam Quintilian⁹. qui nono institutionem libro inquit: nā neq̧ illud in lysia dicēdi textum tenue: ac rasum lenioribus muneribus corrumpendum erat. Veniat iterum Seruius septimo: notandum sane connexum hunc esse locum: si quis totius libri consideret textum: adduximus multa ut repurgato cerebello miseri & inscii Georgii tandem caput resipiscat: Sed cum uermina in libro de homine admiratur noster Merula cur nō dixerim uerbum a noie factum idest uermino. Tu ad miraris o merula cur non dixerim? in qualibet dictione eadem admiratio potuit te tenere. Liber enim meus non continet omnia: tu siquidem merula hæc miraris: & ego non miror te hæc mirari: quia stolidi est quæ miranda non sunt admirari. Quod rursus de diminutiuis loqueris satis responsum est in parte anteriori. Inferi⁹ merula recitat uerba nr̄a q sunt huiusmodi. Cōstat eni uēter ex pelliculis qbusdā q̄s uocāt pātices: & subdit merula: hoc nō dicit Pōpe⁹ Festus q pantices fluxū uētris eē ait: ex te itē hoc discere cupio: de quo uētre ītelligas

(Marginal notes: Plinius; Seruius; Aureli⁹ Augustinus; Quitilian⁹; Vermia Vermino; Panties)

cori⁹: ꝓ hoc corium: & hic collus pro hoc collum: & hic præsepis: pro hoc præsepe inueniet: sed tamẽ non dicemus in hoc genere in usu esse: sed in abusu. Sed diceres nõne Varro tẽporibus Cicerõis fuit. fuit qdem: sed nõ ob hoc in antiquitate imitatione dignus. nã Sallustius in historiis suis q̃uis florente eloquẽtia fuerit: & æmulus Ciceronis: non tamen illum in uocabulis imitabimur: testimonio Suetonii adducentis uerba augusti. q increpat Antonium. Tuq; dubitas cimber ne anuerannius flaccus imitandi sint tibi. ita quod uerbis quæ Crisp⁹ Salusti⁹ excerpsit ex originib⁹ Catonis utaris. nã paulo ante dixerat Antonium ea scribere: quæ potius mirẽtur homines quam intelligant: & etiam illi duo uersus de Sallustio i Quitiliano noti: & uerba ãtiqui nimium furate Catonis Crispe iugur/tiæ conditor historiæ: non est bene dictum: iste uiguit erudito secu/lo: igitur imitatione dignus. Ad rem igitur nostram reuertamur: diximus ficum non nisi feminini generis pro morbo reperiri: & hoc

Fic⁹. g. fem.

certissimum est: quod autem quidam ex antiquis pro pomo ficum masculino genere pronunciarunt fecerunt ratiõe græcanica. nam

Sicus ꝓ fico

græce sicos dicitur ficus & fico pro ficu lõgo tẽpore latini usi sunt ut Neuius teste Parthenio sicos dicit græce: non ficos. sic etiam uitiata scriptura ubi sicos dicerẽ masculos debuissent leui quadam de prauatione ficos dixerẽ. s. autẽ & f. sola linea media differunt. Nec

Grossus.
Abortiuus:

me mouet quorundam iuniorum auctoritas: qui allegãt Plinium male intelligentes: putant enim quia grossus & abortiuus cum de ficis dicuntur sunt masculini generis. ficus quoq; esse eiusdem se/

xus.non enim ſemper ſignificatio:ſed terminatio in genere aduer titur: non ideo dicam mancipium genere maſculino: quia ſeruus eiuſdē generis eſt: nec quia collum neutri eſt: putabo ceruicē quoq; idem habere genus.os oris neutri: bucca fœminini.amaracus maſculini: ſampſucus idem ſignificans fœminini ē. plurima enim ſunt talia quæ genus cum nomine uariant cum in ſignificatiōe idem ſit ſexus. Recte igitur diximus non reperiri ficum in maſculino genere. Terſus enim ille poeta Martialis ſi his uerborum obſoletorum fætoribus implicaſſet: nunquam tanta fuit ei cura nitoris. Iam tēpus eſt hac diſputatione pacta: ut merulæ non laqueum nō hamū nō rætia: ſed collirium mittam⁹. quo oculos inungat uel aminicula ut acutius intueatur. Solet enim Georgius ut eſt monſtroſo corpore incuruus: ſimo naſo: fronte obducta: & ſternutamento ſimilia uerba effundens nimio potu cecutire: nam locum legit in libro noſtro ubi ſocum poſuimus. uerum. s. & .l. ebrietate uiciatis oculis non diſtant multum. unum tamen riſu digniſſimum putaui cum ī locis declarandis ſuam oſtentat artem: neſciens locos eſſe loca tag rerum capaces: & ideo receptacula hinc dicimus loculos ꝑ crumena. Iu. Nec mullum cupias cum ſit tibi gobbio tantum in loculis. Præterea neſcis Geor. nomia quæ obſcæne libidinis uaſcula ſunt ꝓmiſcue dici. nāis q turpia patitur mulier plerūq; appellatur ut in Suetonio. Cæſar oīum uirorū mulier: & omnium mulierum uir a curione patre in quadā oratione dictus eſt: & Perſius cinedi podicē uuluam nuncupauit. penemq; arcanaq; lumbi runcantem populo marcētes pādere uuluas. Quid igit̃ miſer aut in podice aut ī uulua aut in huiuſmodi turpibus tantopere uolutaris? Rurſus Merula circa anum roſtro ſcalpens ait hemorrhoidas cæcas non eſſe tubercula quædā quæ uocātur condilomata: & ad hanc rem adducit Iulium pollucem male a Georgio ītellectum. nā ſi dialecticam noſſet nunq̄ in has ineptias laberet̃: quid op⁹ eſt multis. nōne eius uerba hoc quod ego dixi indicāt hoc pacto. hemorrhois fluxus ſanguinis appatēs: cōdiloma uero tuberculum eſt cum ſanguis non fluit. ideo cæca dicit̃ hemorrhois: nō enim habet uiam unde fluat. cæca hemorrhois nihil aliud eſt q̄ tuberculum lene: & condiloma tuberculum quoddā. Cæcas igitur hemorrhoidas in duas diſtinguit ſpecies ſermo tuus ex polluce duct⁹ tanq̄ gen⁹ quoddā. diſtinguit inq̄ in tuberculum lene & ī condiloma ſi ſcires merula ꝙ pueri primis dialecticæ elementis imbuti non ignorāt a ſpecie ad genus optimā

Amaracus
Sampſucus
Locus
Loculi
Perſius explicatus.
Properſio
Condilomata
hemorrhois

esse argumentationem: non sic insanires. dicem⁹ igit̃ sic: tubercu/lum ẽ cæca hemorrhois: & condiloma ẽ cæca hemorrhois. tuberculum igit̃ hmõi & condiloma sunt species hui⁹ generis cæcæ hemorrhoidis. dicat̃ igit̃ sic. hemorrhois absolute ẽ flux⁹ sanguinis apparẽs: hemorrhois cæca nõ apparẽs: & hæc secat̃ in duo. alia ẽ tuberculum alia ẽ cõdiloma. omne igit̃ tuberculum cum de hoc loqmur ẽ hemorrhois quadã cõditionẽ. i. cæca hemorrhois: & oẽ cõdiloma ad hoc præfinitum est hemorrhois etiam cum conditiõe: Est enim cæca hemorrhois differentia aduenienshæc distinguit. nam tuberculum ut hic sumitur non tumorem absolute sed tumorem loco & morbo præfinitum indicat: quoniam in alia significatione condi/loma tuberculum ẽ hoc est quædã res tumida: tuberculum igit̃ est cæca hemorrhois lenis: condiloma cæca hemorrhois non lenis: sed utrũq; sub cæca hemorrhoide cõpræhẽdit̃. Quid igit̃ garris me/rula cum Iulius pollux quod ego dixi dicit: & tu argumẽtis tuis nolens efficis. si argumẽta dicuntur merulaꝶ & piscium soni inanes & nihil ad rem facientes. Quæris a me Georgi quia ĩ libro nostro sunt hæc uerba. hanc schiam quidã nominant quam græci ischiã uocant. Ad interrogata respondeo Georgi Iuniores medici uo/cãt schiam sicut Mundinus & quidam alii: at dices hi nõ sunt idonei testes in lingua latina: Vnde ischiam & nõ schiam dicer̃ debuissent: merula respondeo? quia non ẽ absurdum in lingua nostra græca detruncare: diminuere: addere: mutare uariare genus: significationem: quantitatem. Vnde non uisum est improbare quosdam iuniores. qui ad imitatiõem maiorum hoc factitarunt. græci dicunt arura nostri rura abiecta prima littera. sicuti in hac dictione schia: hippopotamos pro equo fluuiatili quinq; syllabaꝶ apud illos: apud nos hippotamos quattuor. Idolatriam latine habẽt: græce una syl laba addita idolo latriã: idolum. i. solum tenet apud nos apđ illos diphtõgum ei. tada græce latine teda: sirracusæ. r. duplicãt apud nos prima utuntur breui. Vnde Virgilius prima siracusio dignata ẽ lu/dere uersu. Rursus uae iteriectio apud illos ouae: embrionẽ. i. ifor/mem fetum in utero uiuentẽ masculini generis apud nos hẽt usus apud illos neutri est embrion: marmarõ marmor: carylos coryl⁹. canastrõ canistꝶ: asclepi⁹ æsculapi⁹: cebernetes gubernator efficiunt̃ a nobis. caminos fœminini generis apud eos: apud nos masculini: & rursus charta catharacta fœmiæ sunt apđ nos: illis uero masculi: castanum neutrum habet græc⁹: latin⁹ fæminã castaneã uicium

Tuberculũ

Schia

Ischia

Mundinus

Arura

Hipopotãos

Idolatria

Idolum

Tada

Tæda

Siracuse.

Embrio.

Asclepius

Cebernetes

Castanea

neutro ꝑ frugẽ nos uiciam fœminino genere: nõne in noibus ꝓ/priis summa fit mutatio cum eadem deberet esse & scriptura & ꝓ/nunciatio. unde græce eas gẽitiuo eãtos dicitur: latine aiax aiacis: telephus pro illo ciclope q prædixit polyphœmo futuram cæcitatẽ dr̃ a nostris. Vnde Ouidius. Telephus eurymedes quẽ nulla fefel/lerat ales: terribilẽ polyphœmõ adit lumẽq; quod unum fronte ge ris media rapiet tibi dixit ulixes. & a græcis ut Theocrito & home ro dicit᷑ telemus: nõne a lumeco pro laumedonte: melo pro nilo: al/phius pro alpheo a ueteribus romanis nõdum linguæ græce assue tis Festus dictum affirmat? quanta ãt dissimilitudo sit in istis græcis odisseus ulixes. heracles hercules tute intelligis: quapp Priscian⁹ in. viii. ait. Latini gaudentes breuitate pleraq; in dictiõibus græcis faciunt cõcisiones: & quod illi dido nos do. quod illi uulome nos uo lo dicim⁹. a græcis dicitur poldeuces, a nr̃is pollux. In significatiõe quoq; ut diximus fit uarietas prauos apd̃ græcos bonæ & apd̃ nos prauus malæ significationis est. Et quod in meris græcis mutetur significatio audiatur Victruuius architectus in. vii. Messaulæ di/cuntur ꝙ inter aulas media sunt interposita. nostri autem eas an/dronas appellant: sed hic ualde est mirandum nec græce nec latine posse cõuenire. græci enim andronas appellant oetas. Cum igitur merula in dictionibus græcis fiat mutilatio detruncatio pronuntia tionis, ac significationis mutatio, tantopere admiraris schiam di/ctam a quibusdam pro ischia. cum rura ꝑ arura & uæ pro ouæ & multa talia uiderimus? Sunt temporibus nostris quidam græculi utriusq; linguæ expertes qui conantur omnia ad scripturam ac si/gnificationem pronuntiationemq; græcanicam reuocare. non enĩ bona argumentatio est: nec in nostra neq; in eorum lingua hæc di/ctio græca sic scribitur apud græcos: & hoc apud eosdẽ significat. igitur apud latinos idem demõstrat. sic etiam de nostris quæ a græ cis sumuntur eadem ratio est. Quintus enim cum ꝓprium est nun quã nisi. c. apud græcos scribetur. quoniam. q. littera carent. Si igi tur cum uenia schia dicitur eadem ratione schiaticus dicetur a pri mitiuo mutilato. deriuatiuumq; tale fieri ratio persudet o Merula piscis: o merula auis: o utrũq;: & neutrum: o facie semiuir: morib⁹ brutum: cur nõ legis? cur nõ studes? cur semper ĩ doctos & graues uiros conuitia iactas? Ecce iterum ac sæpius merula balbutit. non enim uidetur id esse uerum quod de braccis ponitur in libro no/stro. diximus namq; braccas uestimenta longa ex pellibus facta:

Vicia

Telephus

Telemus

Alumero

Odisseus

Heracles

Dido

Poldeuces

Prauus

Messaule

Androne

Oetæ

Quintus

Schiaticus

Braccæ

& Merulæ quæ allegauimus ad hanc rē non uidenť satis idonea: nosque conuiciis ut consueuit incussit: quæ mihi qui occalui doce philosophia: sunt ut dicta histrionum & scurrarū. his omissis dico Georgi bracas esse pelliceas uestes: & his usos fuisse gallos. ut testatur cæsar in commentariis: dicit enim pellib⁹ aut paruis renonum tegmētis utunť magna corporis parte nuda: duob⁹ igitur uestimētorum generibus utebātur aut pellibus idest uestibus ex pelle. nam pellis pro ueste pellicia ponitur. Virgili⁹. Horridus in iaculis & pelle libystidis ursæ: unde & pellitus dicitur pellicia ueste indutus. Proptius uestes pellitos habuit rustica corda patres. Idē. uellera pellit⁹ setosa mouebat arator: nā siue pelles apud gallos hoc est uestes pelliciæ longiores omnia tegētes: siue renones: hoc est uestes pelliciæ: non omnia tegentes nudis brachiis & pedibus in usu essent: galli dicti sunt braccati. bracas ex pellibus esse ostendit. Ouidius. Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. nec propter copulatiuam duo dicit ut putat merula: nam poetæ plerumque copulatiuam ad expositionem declarationemque antedictorum ponunt etiam duo substantiua: ita ut alterum uim gerat adiectiui. Vir. Leuibus huic hamis consertā auroque trilicem loricam: idest hamis aureis. quod autem bracæ uestimenta corporis: & non subligacula: siue feminalia sint: audiatur Suetonius in uita Iulii cæsaris: inquit enim. Et illa uulgo cantabatur: gallos cæsar in triumphum ducit. Idem. in curia galli braccas deposuerunt latum clauum sumpserunt: offēderunt ne q̄so Georgi culum in senatu depositiōe braccarum? Quid enim illi culpabant: nisi ex uili & pellicia ueste: nobilem & egregiā hoc est latum clauum assumpsisse: nisi tu ut insanus latum clauum putares subligacula: sed non ita sentit Suetōius qui de Iulio cæsare sic inquit: usum enim lato clauo ad manus fimbriato: nec usque aliter quam ut super eum cingeretur fluxiore cinctura. quod autē more tuo textum corrumpis: & plerumq; addis uel mutas non nouum facis: hoc enim tibi familiare est: nam cum narras Hyeronimum dixisse hoc genus uestimenti hebrea lingua maschinase, græce anaxirida: a nostris feminalia hucusque bene: sed illud additum est uel bracæ: noli: noli i quam uel mendosos textus legere: uel tuis sceleribus mendosos facere: pudet te deponere ineptias quibus dudum obuolutus fuisti: qui egregia munera in Iuuenale putasti esse subligacula i eo loco: Mittunť braccæ: cultelli: frena: flagellū. Sed cum ais renones dici anaxaridas: aut tibi ipsi cōtradicis: aut Dio

Pellis
Pellitus
Pellitia
Renones
Braccati galli
Ouidii loc⁹
Regula
Virgilii loc⁹
Suetonius i Cæsaris Iulii uita declaratus
Latus clau⁹ cintura
Maschiase.
Anaxiride
Iuuēalis male itellect⁹ a Merula

dorus ſiculus delirauit. Si enim anaxaridæ ſolum feminalia ſunt: neceſſe eſt erret Diodorus ſiculus: quandoquidem Cæſar qui hæc oculis uidit ſcribit renones eſſe ueſtimenta breuia: quibus uſos fuiſſe gallos affirmat: magna corporis parte nuda. Dic Georgi in loco illo frigidiſſimo tegebant ne nates ſolum: reliqua parte corporis detecta. non tenes rationem ſanitatis: pedes & manus quia exercentur facile patiuntur nuditatem: truncus uero ubi uitalia ſunt non eſt patiens frigoris. Præterea quæ maxime diſtant a corde cum lęduntur frigore non tanti diſcriminis: ſunt ſicut uicina: manus autem & pedes a corde maxime diſtant: unde hæ partes læſæ min⁹ nocent: ſi enim galli nudam habebant corporis partem: quam quæſo in tanto frigore habuiſſent: niſi eam quæ minus læditur: de duob⁹ erit alterum: aut anaxiridarum latior erit ſignificatio: aut ſiculus diodorus delirabit. cum habeamus cæſarem qui & doctrina & ueritate longe ſuperior & uerior omni græculo: non enim debet græc⁹ latino in rerum teſtimonio comparari. ubiq; enim mendaces dicuntur græci: & ſi alia deſint: ſatis eſt nobis illud Satyricum. Et quicqd Græcia mendax audet in hiſtoria: quod ſi in hiſtoria audent ubi tanta fides eſſe debet: Quid in aliis fiet ubi non eſt tantum crimē? Audiam ne ego Eſchilum poetam qui in Hiberia ideſt Hiſpania eridanum eſſe dixit eundemque Rhodanum. Audiam iterum Euripidem & Apollonium qui dicunt in Hadriatico littore confluere Rhodanum & Padum contra auctores qui hæc uiderunt & diligēter ſcripſerunt: temerarii & in mendatiis impudentes: ut ſæpe ex illa uanitate græcanica ea aſſeuerent quæ nunquam uiſa nec audita ſunt: mendatiorum græcanicorum plena ſunt omnia. Iam ad illud ridiculum & uix puerulis dignum neceſſe eſt deſcendam: ſunt enim hæc in libro de homine: in cruribus uitia ſunt: & morbi plurimi: nam uari & uaricæ dicūtur qui introrſum habent intortos pedes: & Georgius ut diligens litterator inquit duo morbi non ſunt plurimi: primo o Merula debuiſſes huius ſignificationis laudem tribuere Seruio qui. vii. æneidos ſuper eo uerſu: non plurima cælo monſtra ſinunt: hæc ponit: aut p augmētum dixit: aut alia uiſa intelligam⁹: nam duo non ſunt plurima. Ex his Seruii uerbis facileītelligere potuiſſes merula quidnam ego dixerim. nō enim dico ego plurimos duos eſſe: ſed dico plurimos eſſe morbos: & uitia pedum: & e plurimis duos dumtaxat refero: ſicut Virgilius cum plurima monſtra accidiſſent duo tantum retulit: hoc eſt apum aduentum

Merula

Renones

Cōtra græ.

Hiberia.

Vari

Varicæ.

Duo ñ ſunt plurima.

& ornatum crinium lauiniæ concrematum. Sed quid ad rem? quæ fingis in Plinio fuisse deprauata: nonne quæ retulimus uera ratio ne probauimus? tibi hic mos ē cum non intelligis aut dicei textum esse deprauatum: aut diminutum: aut aliquid de tuo addas: sicuti fecisti in Plauto in aulularia. ubi dicitur. picos aureos montes colunt: & tu ignorata significatione pici: uocabulo enim romano griphem picus significat teste Nonio hunc textum allegante: tu dixisti. diuites aureos montes colere. Sunt etiam quædam admodum friuola quæ inserit merula in libello suo. quæ non essent attingenda nisi putaremur dissimulanter eius uerba transisse. quod ait reperiri uarico: & diuarico: & alia huiusmodi: nihil ad nos. nam si grammaticam docere uoluissemus dixissemus uarico: & uaricor. horto & hortor: uerto & uertor: delecto & dlector. munero: & muneror in eadem significatione reperiri. hoc autem non erat instituti nostri. tetigimus quædam in libro nostro: ut Liuius aliique fecerunt. nam si diutius hac in re immorari uoluissemus: non tacuissemus quod refert Martianus ad senatus consultum turpilianum cum ait. Calumniari est falsa crimina intendere. Preuaricari est uera crimina abscondere. Tergiuersari est in uniuersum ab accusatione desistere: & hoc o merula ad accusationem nunc spectat: ille qui falso accusat calumniatur. ille qui non uera dicit crimina sed celat a recto discedit & præuaricatur. ille uero qui dissimulat accusationem tergiuersatur. His omissis ueniamus tandem ad longum merulæ sermonem ubi more pauonis caudam ostentat. Illud enim ualde nouum uidetur merulæ quia diximus pernam petasum quoq; appellari: & sic loquitur grammaticos quosdam tum superioris seculi tum nostra ætate: hæc Plauti uerba uano quodam sensu exponentes: minus olim damnaui: quod uidelicet ratione quadam nonnihil probabili uterentur: sed Galeottum acrius corripiēdum censeo: qui duorum nobilium scriptorum uerba longe inter se diuersissima comparans: ineptissimam: & perinde falsam expositionem loco obscuro fecerit: nam apud Plautum petasus tegmen ē capitis pileo siue galero persimile: petasonem uero Martialis pro pede porcino cum coxa salito accepit: sed ne mirentur quidam quod petasum galerum dixi originem dictiōis de græcis auctoribus pferemus. fit itaq; petasus a græco petamine quod ē extendo cuius ao ristus est petasa inde petasus. hæc & alia merula iactitat. nam quæ secum murmurat non sunt digna refutatione: cum uero illam ridi

Picos griphes latinæ Plaut⁹ a merula intellectus

Varico

Varicor

Calūniari.

Preuaricari

Tergiuersari.

Plaut⁹ enarratus.

Petasus

Petaso

culam deriuationem proposuit se penitus dementem ostendit: quoniam illa deriuatio nihil significationis indicat. extendo enim ad multa se extendit. ueniamus ad testimonium merulæ. pro maximo argumento ponit Georgius textum Plauti in pseudulo ubi dictum est opus ē clamide: machera: & petaso: & paulopost clamidem: macheram: & petasum. quid ostendunt hæ allegationes o Merula? unde indicant petasum galerum esse aut pileum? imo petasus hoc in loco: ut alias: significat calciamētum. milites enim clamidem hoc est militarem uestem: & macheram: idest gladium: & calciatum: idest ocreas habebant: Vnde Iuuenalis. offendere tot caligatos: de militibus dixit ocreas habentibus. Suetonius. Donaria militaria aliquanto facilius faleras & torques: quicquid auro argentoq; constaret: quam uallares ac murales coronas quæ honore præcellerēt dabat q̄pcissime: & sine ambitu: ac sæpe etiam caligatis tribuit: & Plautus de præfecto uigilum sic inquit. Sciendum autem est præfectum uigilum per totam noctem uigilare debere & coerrare calciatum cum armis: & dolabris. O miser merula: milites igitur tam ex Iuuēale: quam ex textu legum: milites inquā ibant calciati: siue caligati: & hoc ad armaturam pedum refertur: miles ergo Plautinus erat clamidatus: gladio accictus: & petasatus hoc est caligat⁹: & quod milites ita incederent ratio est in promptu: nam clipeus & corporis: & capitis tegmētū dat q cito sumit᷑ ac depōit᷑: sicuti apud Virgiliū legim⁹: clipeoq; sinistrā insertabā aptans: sed ocreæ nōnisi cum mora inducunt᷑: ut sint igitur milites parati satis est si sunt caligati: nam clipeus cito sumitur: & galea si opus est uno momento apponitur: præcipiebatur igitur ut præfectus uigilum calciatus incederet: & ex hoc satis erat paratus: Galeottus igit᷑ o Georgi utrūque textum uigilās inspexit & acutis oculis: tu autem quæ turpia sunt uideris intellexisse: sed honesta & militaria nequaquam. Cū allegas Plinium nescis miser uarie reperiri textum illum: nā alii habent pegasum: ubi tu ponis petasum: & q̄dam habent hermasum. Cicero de legibus: de sepulchris: nec hermasos quos uocāt licebat imponi: sed fingamus quod pegasum habeat: uel petasum ꝓ equo celeri: ut postea ostendemus: ratio est in promptu: fundamenta enī edificiorum sunt Neptuno consecrata cuius mouentur arbitrio. Vnde ennosithon dicitur. hoc est terram mouens. sicuti testatur Seruius. ii. æneidos. Vnde poeta in eodem: Neptunus muros magnoque emota tridenti fundamenta quatit. Summitati igitur

Petasus calciamētum.
Clamis
Machera
Calciatum
Iuue. locus.
Suetonii. lo.
Clipeus.
Ocreæ
Pli. explicatus
Hermasus.
Pegasus.
Ennosithon
Virg. locus.
Fundamēta

neptuno sacrata — aedificiorum pegasos imponebant tanquam animalia neptuno consecrata: equus enim neptuno tribuitur: uel propter fabulam. Virgilius in georgicis. Tuque o cui prima frementem Fudit equum magno tellus pcussa trindenti neptune: uel ut ait Festus: hippius idest equester neptunus dictus est: uel quod pegasus ex eo quod pegaside natus sit. uel quod equuleus ut putant loco eius suppositus saturno fuerit. quem pro neptuno deuorauit. uel quod tridentis ictu terrae equum exciuerit: cui ob hoc in illirico quaternos equos iaciunt nono quoque anno in mare. haec fest⁹. Sed pegasus siue petasus equum significans summis aedificiis imponebatur in honorem illi⁹ dei cui omnia fundamenta sunt consecrata: & cuius potestati omnia aedificia tribuuntur ciclopibus. Vnde Virgilius. Ciclopum educta caminis moenia conspicio. Ciclopum uero parentem perhibent esse neptunum De petaso autem pro equo paulo post dicemus. interea ridebo quia graecum suidam ineptiis scatentem in significatione a latinis assumpta adducis: cum apud graecos suidas non maioris auctoritatis sit quam apud nos papia: & dictionum graecarum significationem non semper nobis conuenire superius declaratum est.

In Georgicis. locus.

Hippius

Súma & excelsa ciclopibus

Ciclopes

Suidas apd graecos par uae auctoritatis

Et rursus Georgius inquit: sed illud ante omnia in Galeotto miror quod Suetonii uerba diligentius non perspexerit & tam expers delitiarum nostrarum sit: ut putet ad arcendum solem calciamétis nos tegere. ubi sunt istae tuae delitiae? quia nostras te admiscédo dixisti. sunt ne in moribus? at rusticus es: & improbior satyram scribéte Cinedo. In facie ne? at monstrum hominum es: sunt ne in locutione? at cum loqueris sternutare uideris. sunt ne in doctrina? at ne grammaticam quidem nosti: sed forsan in nobilitate generis: cum incerto patre sis genitus: ambiguum enim est ex qua sis stirpe. sed missa isthec faciamus: cum ego dixi ex textu Suetonii: quod augustus domi quoque non nisi petasatus sub diuo spaciabatur: de calciamento locutus sum: non de galero: Suetonius enim duo i illo sermone de augusto insinuat: & quod erat solis impatiés: & humiditatis: de sole nihil quia multa poterant adhiberi remedia. potuisset enim sub tecto esse: uel in umbra: ambulare: uel alia quoque facere. impatientiam uero humiditatis tetigit: cum dixit domi quoque sub diuo non nisi petasatum incedere. humidiora enim domestica detecta sunt: quá tecta plerúque. unde cum sub diuo ambuládum erat domi idest in loco detecto propter pedum humiditatem petasatus incedebat: cum alias nudis pedibus esset. Vnde idé Suetonius dicit: & forésia

Suet. declaratus in Augusto.

autem & calceos nunquam nõ intra cubiculum habuit ad subitos repentinosque casus parata. est ergo calciamentum petasus & non galerus. nam si petasus pileus diceretur rectius in sole conuenisset. quandoquidem solis erat impatiens: sol caput: humiditas uero pe/des offendebat: & hoc insinuat Suetonius: textus Ciceronis dictũ nostrum cõfirmat: illi enim tabellarii parati: nam petasati idest cal/ciati erant ad ambulãdum: assumpserant enim calceos uiatorum: quid enim moræ esse posset in pileo quominus parati dicerentur: nullus enim uiator paratus diceret quia pileum habet: At si ocrea/tus petasatusque est: tunc iter assumpturus uidetur: pileus enim fa/cile & cito sumitur: & deponitur: sed perones: & petasi: & ocreæ non nisi cum mora apponuntur: tabellarius igitur petasatus ocrea/tusue ad iter paratus uidetur. Sed cum allegas turpilium: indicas te moribus & doctrina turpem: quid enim ostendit textus turpilii. o miser si diceremus hic caligatus capite annuit: hic ocreatus ocu/lo innuit: dices ne propter hoc caligas esse capitis tegmentum & ocreas oculorum? & si dixero hic clipeatus comedit ex hoc ne tu cli/peum oris instrumentum esse coniectabis? quando Turpili[9] dixit: & petasatus capite annuisset habitum tetigit illius qui annuit. di/cit enim calciatus ille non respõdit ore: sed capite annuit: quod au/tem petasus: quod fueramus polliciti ad equum uelocem & ad pe/dum extensionem celeritatemque referatur: lege illud Calpurnii in egloga sexta. Aspice quam tumidum genus est ut scitis equa℞ non iugale mihi quarum de sanguine ponam: uelocem petasum qui gramina matre relicta nunc primum teneris libauit dentibus: & Fest[9] dicit petilãsuram ungulã eq albã esse. His igitur pactis rur/sus carpimur: diximus enim: ita maiores nostri talos uocauerunt cubos & Tesseras: sunt. n. tali ad ludum: me quoq; per talos uene/rem querente secundos: semper damnosi subsiliere cães: hinc dimi/nutiuum taxillus: hic Georgius dicit talos non esse tesseras: utens testimonio Martialis. non sum talo℞ numero par tessera dum sit Maior q̃ talis alea sæpe mihi: hæc Merula argumentatiuus: in/scius: ingenioq; & oculis hebes. Certum est quod talus tessera est aliquo mõ: hoc est: quãdo formã dicit q̃dratam: & aliquo mõ nõ. s. cum significat sortẽ. tessera namque late patet: pluraque signifi/cat: nã tessera est q̃dam mẽsura a numero mẽsium appellata: ut ar/bitror: propter institutionem Augusti qui ter in annum: ut ait Sue/tonius: quaterno℞ mensium tesseras dare destinauit: siue a mẽsu/

Cicero de/clarat[9]

Perones

Petasi

Ocreæ

Petasus pro equo ueloci & pedum ex/tensione.

Petilansura

Talus

Tessera

Tessera plu/ra sig.

Persii locus ra quadam: ut quidam putant. Vnde Persius. Qua uilis tessera uenit: & hoc erat signum ciuilitatis romanae: nemo enim frumenti tesseram ex publico capiebat: nisi romanus ciuis: cuius rei etiam Persius meminit. libertate opus est non hac ut quisque uelina publius emeruit scabiosum tesserula far possidet: hoc enim ex publico donum dabatur in signum ciuilitatis: ad cuius similitudinem tessera signum belli dictum uidetur. Vnde Virgilius. It bello tessera signum: nomen enim illud quod ciuibus communicabatur tessera est: quasi signum ciuilitatis ascriptae. ciuem enim esse ostendebat: uel unum de suis. tessera etiam est instrumentum lusorium: & casus: & sors ipsa in ludo: de qua Vitruuius. v. ubi etiam tesserae quas in alueo ludentes iaciunt. Ouidius. iii. de arte amandi. Parua monere pudet talorum dicere iactus ut sciat & uires tessera missa suas: talus igitur instrumentum: tessera uero sors: & numerus in taxillis: talus uero nunquam significat numerum: non igitur mirum quod ait Martialis in quarto. Supposita est blando nunquam tibi tessera talo. Alea sed parce sola fuere nuces. quo dicto declarat nunquam se ad sortem talorum posuisse: sed ad sortem nucum cum nucibus luditur. alea est ludus fortunae subiectus qualiscumque sit ideo & a Lucano alea fati dicitur: tanquam eius quod casus continet: unde talus formam quadram significat duntaxat: tessera uero instrumentum quadratum & sortes ipsas. nam talus a forma ipsius tali: tessera uero a quadratura dicitur: sed placuit quoniam tessera & mensuram & signum belli & quadri significationem gerit maioris significationis esse ut sortem significaret. sors namque cum propitia est: affert: & est illi fortunae similis quae ciuem ab hoste discernit facitque ciuem romanum tesseras farris promereri. unde concludimus talum esse tesseram ratione quam diximus: forma enim concordat: & Vitruuius tesseras iaci in alueum dixit ad instrumentum referens. Vbi autem Mart. inquit. hic mihi bisseno numeratur tessera puncto: bene dicit. in tesseris enim significantibus talos. i. instrumenta lusoria huiusmodi sors erat: ut numerorum haberet duodenarium. nam canis: caniculi: senio: uenus: uulturius: hercules: basilicus: quae sunt nomina numerorum: nunquam dicuntur tali: sed cubi uel tesserae. nam illi instrumenta solum: haec & instrumenta: & sortes instrumentorum gerunt: sic quoque illud Martialis sonat: non sum talorum numero per tessera. nam cum tali numeros haberent paucos: usque ad sex se extendebant: tessera uero cum sortem significat faciebat omnes numeros sortis: & basilicum: & uulturium: & uenerem: cui tricenarius numerus

Virg. enodatus

Victruuius.

Talus.

Tessera.

Mart. locus

Alea

Caniculi

Venus

Hercules

Basilicus.

Cubi tessera

tribuitur teste Acrone: & quoniam supra de alueo mentionem fe/cimus: sciendum est Alueum dici ubi aliquid fluit: unde & alueus fluuiorum dicitur: & tesserarum .i. talorum: qui etiam fluunt. Pli/nius .xxxvii. naturalis historiæ: trāstulit alueum cum tesseris luso/riis e geminis duabus latum pedes tres longum pedes quattuor: al/ueum autem nōnulli Pirgum a pergendo dixerunt. Horati⁹ secun/do sermonum. Scurra uolaterius postquam illi iusta chiragra cōtu/dit articulos q pro se tolleret: atq; mitteret in pirgum talos merce/de diurna conductum pauit: pirgum tabularium alii fritillum uo/cant inquit Acron. sicut pirgum a pergendo: ita fritillum a sono & fricatione taxillorum dictum arbitror: & quod acron tabularium a similitudine dixit. Virgilius in georgicis. Aut populi tabularia ui/dit: hic res populi: ibi sortes inspiciuntur. Sed Iuuēalis tabulam di/xit: non enim loculis comitātibus itur ad casum tabulæ: posita sed luditur arca. Seruius .ii. æneidos īquit. Palamedes dicitur tabulas inuenisse. si tabulæ pro ludo latronum accipiuntur: ut communis opinio fert: ludum enim latronum palamedi tribuunt. quid obstat quin latrones pro ludo tabulas dici putent. sed ut ad rem nostram reuertamur satis ostensum est auctoritate Vitruuii: & auctoritate Plinii qui dicit. Alueum cum tesseris lusoriis fuisse translatum: nō enim illæ sortes quæ a casu ueniunt & mutantur pro iactu: sed in/strumenta portauit: sed cum nescio quæ somnia refers Merula di/gnus irrisione es: dicis enim te putare forma fuisse concaua: liberϱ fuit tibi hæc & stultiora fingere: nam dicere poteras solida: uel ro/tunda: uel quauis alia figura. liberum eni ē cuiq; delirare & inania loq. unum a te peto quid contra nos dicit Plini⁹ a te adductus? qd inquam si talus rectus est nonne potest rectus & quadratus esse si aliquando contignationem domus inspiceres profecto uideres ibi recta & quadrata tigna. quid item concauitas interior demit qua/draturæ exteriori: qd garris miser? quid somnias? nā tu teste Agel/lio dici cubos tesseras affirmas. cubus uero dicitur a numero. ī uno quoq; enim talo siue taxillo sunt puncta .xxi. nam unum duo tria quattuor quinq; sex .xxi. constituunt Impositum enim est hoc no/men græce: quia unum continet cubicum numerum ex omnibus punctis. Boetius in secundo arithmetices ita inquit. nam si om/nes ab unitate impares disponantur iuncti figuras cubicas explica/bunt. i. iii. v. vii. viiii. xi. xiii. xv. xvii. xix. xxi. In his igitur q primus est potestate & uirtute primum cubum faciet. iuncti uero .ii. q secū

Alueus. Pirgum. Tabulariū. Fritillus Tabula. p Seruio. Latrones Cubus Cubicus. numerus

tur ternarius.s.& quinari⁹ secundū efficiūt cubū: qui ē octonari⁹. iuncti āt tres qui sequuntur septenarius nouenariusq̧ & undenarius cubum faciunt qui.xxvii. numero continetur: qui est terti⁹ & sequētes quatuor quartum: & qui sequuntur quinq̧ quintum & ad eundem modum quottus quisque cubus efficitur tota coniunctiōe impares apponuntur: hoc autem diligentius subiecta descriptio docet.i.iii.v.vii.viiii.xi.xiii.xv.xvii.xviiii.xxi.xxiii.xxv.xxvii.xxviiii. Primus secundus a duobus: tertius a tribus quartus: a quattuor: quintus a quinque: ab uno semel.bis duo bis: ter tres ter. quater quatuor quater.quinquies quinque quinquies. Cubus igitur talus dicitur ab uno numero cubito continens puncta.xxi.& quia principium habet cuborum. Sed quid de tripode respondebo Merulæ: qui nō putat idoneam rationem quam assignauim⁹ cum erat præmium uirorum fortium. Merula autem dicit non solum uirorum fortium sed poetarum & doctorum fuisse præmium. quis hoc o Georgi unquam negauit? cum nos diximus esse uirorum fortium præmium retulimus ad ueritatem historiæ: nam laurea tripos: & alia huiusmodi fortium uirorum prius fuerunt præmia qui aliquid preclari gesserūt: tripos propter adminiculum tertii pedis ut diximus. laurea autem quoniam ex lauro quæ perpetuo uiret. His igitur qui fortia egerunt talia data sunt præmia: poetis uero posterius tanquam his qui eorum gesta litteris mandando conseruant. non minor est uirtus quam quærere parta tueri: primo ꝑ fortibus hæc excogitata sunt: qui aliquid pro rep. gesserunt. deinde & posterius per quandam similitudinem his sunt tributa qui scribendo rem posteritati cōmendant. ut hæc exempla posteros ad uirtutem inflamment: quod autem græci dicunt cantoribus dithirambici carminis dari ad imitationē appollinei tripodis quē phoebas ascēdebat: quid ad nos: siue ille tripos talis fuerit qualis in tēplo apollinis cōspiciebatur nec ne: siue alia de causa? certissimum est ex institutione antiquoꝝ in templis pulchriora fuisse posita: huius rei testimonīum facit poeta qui ut ornatas & preciosas diceret mensas appellauit deorum: quod autem ut ex tripode apollinis per u & non p o scribendum censes: ostendis te penitus inscium linguæ latinæ & artis grāmaticæ. nam apud latinos o & u sæpe inuicem sibi cedunt teste Prisciano: alii enim populi italiæ dicebant acheruntē per. u. alii acherontem p. o. sed a græcis ad nostra tanta fit plerunq̧ mutatio: ut ostēdimus & in ꝓnunciatione & scriptura ut nō uideantur

Cubus tal⁹

Tripodes

Laurea et tripos q̄re fortib⁹ dabātur

eadē: & ipsi dicūt bus nos bos: q̄ igit' īsania te ī uasit ut admireris si trip⁹ apd' græcos fiat: apd' nos tripos: hæc tam̄ nō faciebant ad rē quoniā in libro nostro de scriptura fit mētio. præter ea multum fal leris cum credis omnes cortinas esse tripodas: nam solum locus ua ticinationis cortina dicitur uel a corio phitonis: uel a corde: & te/neo: siue tendo: ut ait Seruius. hinc illud nec te phebi cortina fefel lit. ita enim putant grammatici sed cortina alterius significationis est: uas enim plumbeum uel æreum significat ut est apud Plinium in. xv. præterea concas & plumbeas cortinas aere uitiari. Idem in eodem. Enucleis ipsarum ignis aptissimus & e cortinis ī labra fun dendum. Cortina uero a continendo dicitur uas quamuis & illud apollineum a continendo phebades non iniuria contra Seruium dictum uideatur & non a corio uel corde. Georgius iterum atq; ite rum relabitur ad illam suam uesaniam cum dicit diuersa esse uer/ba mea quæ de carbunculo habentur a uerbis Cornelii. quid ad rē? nonne ego obnixe operam dedi. ut nulli sim penitus similis in di/cendo a ueritate discedens nunquam. uno namque uerbo declara uimus naturam carbunculi cum diximus esse suppurationem di/ctam ad similitudinem carbonis. Ipse uero Cornelius declarat qua lis est ista suppuratio. nam modo nigredinem: modo liuorem: mo/do pallorem tribuit & pusulas. nonne o miser suppuratio a pus de riuatur. est enim pus & pusula illa quæ uidetur radix carbunculo/rum cum credas diuersa sunt eadē & nostra & Cornelii ad sensum nā suppuratio ē ubi pus subest. & Cornelius ait. Pusulas ī carbun culo non nimium eminere. quod nil aliud est quam subesse. pallor uero & liuor in carbone comprehenduntur. ut ipse magis min⁹ ue ardens: uel ut magis minus ue extinctus est: liuor namque imperfe cta nigredo & pallor diminuta albedo censentur: de eo autem q̄ tecum inmurmuras quia ad nos nihil attinet nō faciam uerbum. quod autem Varro carbunculum a similitudine ardoris dixit eius sententiam comprobamus effectum enim tetigit: sed non ostendi mus formam eorum lapillorum qui sunt carbunculi terræ: qui ro/tundi sunt non ualde lædunt: qui uero angulares & quasi tessellæ exulcerant sata & per consequens adurunt: quoniā cicatrix exul/ceratæ arboris humoris succique priuatione uidetur adusta. nam adustio nō modo caloris: sed aliarum rerum: & frigoris est. Vir. in georgicis. Penetrabile frigus adurit. Lucanus. Vrebant montana niues. Sed quæso Georgi unde tibi ī mentē uenit tessellas nō pos/

Margin notes: Tripus. | Tripos. | Cortina. | Cortina uas | Cōtra Seruium. | Carbuncul⁹ | Suppuratio | Pus | Pusula | Liuor. | Pallor | Adustio. | Virg. locus. | Tessellæ

Tessellata — se naturalib⁹ applicari? & credis solum manu facta tessellata dici. unde hoc imaginariis: nam Teres dicitur natura & arte rotūdum quodq; arte & natura lōgum similiter utrique tribuitur. Quadratum quoque huiusmodi est: qua igitur phrenesi raptus tessellis naturā fraudasti? cum natura sit artifex peritissima: quanta etiā stultitia illud adicis cum ais. Plinius item de hoc genere terræ scribēs de tessellis silet: quid sibi uult hoc silentium? dic quæso silentium Plinii ostendit ne nulla posse quadrata natura reperiri? at Martianus signa celestia dixit esse quadrata: tessellæ autē & quadra differunt secundum linguā græcā & latinā: nam tessella a tesseris: idest quattuor: & quadra a nūero fit quaternario: tu n̄ tenes ui naturæ q̄ artifices imitant̄. imo oīa q̄ arte fieri uident̄ pri⁹ sunt naturalia. q̄ satis tibi ostēdisset Plinius libro. viiii. cū de cōchis mēinit. dicit eni: iā distītōe ungulata: crinita: crispa: conculatī pectīati diuisa: ībricati undata cellatim reticulatā: cum cuniculi: pectines: imbrices: cancelli: & retia: manu facta uideant̄: & ante fuerunt q̄ artifices hæc facerent: sed nunc intelligo astutiā tuam: nimium timuisti ne tesseræ & tessellæ pro quadris acciperentur: quoniam negasti tesseras esse taxillos: sed sortem tantummō putasti: hic aliquātulum resipiscis quia tessellam cum a tessera sit nō paruam sortem: sed formam dixisti non natura sed arte quadratā: iam ego uideo tesseras & tessellas tibi esse fatales: sicut nomen scipionum affricæ. De his satis: ueniamus ad alia diluenda. in loco quodam diximus ascitem q̄ est species hidropis ex humore fieri: cum alia ex uento: alia uero ex carne fit: cum dicimus o Georgi uentosam hydropem uocari timpanitem ex hoc sermone colliges timpanum dici uētum: quis enim textum ita insulse ac peruerse intelligeret: ut ex his uerbis crederet timpanum significare uentum: nam uentus est causa: timpanū uero reddit similitudinem: tactus enim uenter resonat: & conceptouento timpanum imitatur. Sic cum ascitem ab humiditate dicimus non ex hoc sermone innuimus ascitem humiditatem significare. Dicitur enim in libro nostro. Ascitis ex humore timpanitis ut timpanum. Si enī ascitis ex humore cōstat: non statim fit ex uerbis nostris ut tu putas ascitim humorem dici: sicut cum dicimus timpanitē uētosum morbum: nō ex hoc affirmabis ut tīpanum dicatur uentus: dicitur autem ascitis ab utre q̄ certissimum est idest ab instrumento & uase humorem continente: sic textum nostrum intelligere debuisses. ita enim positus est. Sed hidropis tres spe/

Marginal notes: Tessellata; Teres; Tessellæ; Quadra; Ascites.; Hidrops; Timpanitis; Timpanum; Vtres.; Hidropis species

cies a medicis & a Plinio & a Cornelio ponuntur: ascitis ex humore.s.est: timpanitis. quia corpus: ut timpanum.s.sonat hiposarca.s.est cum caro subcrescit: corpusque tumefacit: nam si ego dixissem ascitis dicitur humor tunc fuisset in sermone uitium: sed dico ascitis ex humore est uel fit. sicut plerumq; uerbum subintelligimus: Cum autē tu multis: ac uariis nominibus: & speciebus rē hanc locupletare temptasti: functus es officio eorum qui conmentarios in libros faciunt: qui enim particulatim exponit expositorē se non auctorem profitetur: licet tu in hac tua expositiōe plurimū erres: nam in fine dicis timpanite non solum dicitur quod uenter intendatur in modum timpani: sed quod creber est sonus in modū timpani. nos paucis hæc: & plura complexi sumus: cum diximus: ut timpanum est ubi & extensio & sonus includitur: sic loquuntur docti uiri o merula ut paucis multa cōprehendāt: ut facile in omnibus & in Liuio intelliges: dicit enim Liuius in secundo Ab urbe cōdita. mutium dimissum cui postea sceuolæ a clade dextere manus cognomentū inditū. quo pacto merula intelligere mutium sceuolā dictum a clade dexteræ man⁹. statim diceret sceā esse dexteram: & hoc est falsum. nā scea sinistra dr̄ & hic dictus est sceuola: qa amissa dextra ē usus sinistra. Ecce dēuo merula insanit: cū optat morborū oē genus a me positum fuisse: nō aduertēs quod in eo libro dixim⁹: & sæpe iam admonuimus non oīa dicturos: fuisset enim labor & loco & tēpore infinitus. Sed rogo o merula dicas in quo displicēt uerba nostra: quæ huiusmodi sunt. Impetigo est quædam cutis fædatio serpens cum pruritu: quapropter quidam minus idonei serpiginem nūcuparunt: & quia uolare idest celeriter crescere uidetur: uolaticam scabiem uulgo appellant: nonne una locutione omnes species tetigimus? quod ait Cornelius minime mala est quæ similitudine scabiem representat: in nostro sermone uolaticam scabiem uulgo appellāt. Cū aūt rubet: & durior: atq; exulcerata ē: & similis papulæ figuras habēs uarias: & rubra est: & q̄ crassior durior & sūma cute fundit̄ uehemētiusq; rodit: apd̄ nos ē q̄dam cutis fædatio. fædare. n. ē maculare & cruētare. Virg. Sāguine fedātē q̄s ipse sacrauerat aras. Idē ꝑ sordibus & maculis & fædant omnia tactu. cum rubra est fædatio est. cum summa cute funditur uehementius que rodit: & cum squamis aspera est: tunc est cutis asperitas: cum est serpigo: serpit enim uitiando & hoc fit corrodēdo squamosa & nigra: squamosa sub scabie: nigra sub fædatione compræhendit̄. Quar/

Hiposarca. Sceuola Scea. Liuii locus. Impetigo. Serpigo. Volatica scabies. Volare. Fedare ꝑ Virg. Fedatio cutis Aspitas cutis

tum genus ex rubrica & nigra & pallida denominatione clarescit: & hoc quoq; comphensum est in superioribus: unde dicendum ē: nunquam quicquã recti⁹: breui⁹: signatiusq;: dici potuisset de omnibus illis speciebus ab eo qui aliquid tangere uoluisset quam generali diffinitione species includere. diximus namq;. impetigo est cutis fœdatio serpens cum pruritu. quapropter quidam min⁹ idonei serpiginem nuncuparunt: & quia uolare idest celeriter crescere uidetur: uolaticam scabiem appellant. scabies asperitatem. fœdatio per colores uarios. serpere corrosionem. duritiam etiam cutis fœdatio quoque exprimit. recedit enim a natura sua. De furunculo adhuc dubitat Merula medicinæ inscius. si aliquid didicisset ex usu & experientia uidisset furunculum aut in extremitatibus digito℞ aut inter nares: sæpe in angulis oculorum: nõnunquam in curuatura cubiti: aliquando sub ipsa hernia: aut in locis occultioribus: quoties uidimus huiusmodi furunculos circa imum nasi? quoties sub genu: quæ omnia grammaticulus & pedagogulus Georgi⁹ cõsiderauit nunquam. hucusq; Georgio respondimus hilariter: quoniam quibusdam iurgiorum ineptiis exceptis quæ ipse ex leuitate perfudit retulit quædam quæ potuissent pueros mediocriter eruditos aliquantisper mouere: & ideo mihi uisum est non esse ab re si apud pueros quoq; discendi cupidos nostra tueremur: tum amore ueritatis: tum etiam ne Georgius ex illa sua ingenita leuitate plus solito intumescat: sed iam ad unum deuenimus quod me summopere contristauit. nulla enim iam etiam apud pueros poterit nostri apologetici eē uerisimilis excusatio: dicent enim omnes: quid op⁹ erat illius iurgia & obiecta maledictaq; refutare: qui penitus ignarus est: & qui uix prima habuit rudimenta? sed bona uenia respondebimus ut tandem huic responso suprema manus imponatur. diximus in libro nostro. lichen quam latini mentagram appellãt quoniam a mento incipit. Hic Georgius subicit. confiteri debebas Galeotte cuius hæc uerba forent. quod cum non feceris merito barbariem tuam ostendisti. siquidem grammaticule. hic lichen lichenis dicitur in masculino genere: & alia quæ hoc in loco merula effudit. O merula auis: o merula piscis: cur ita desipis? cur aliquando non ueratro purgaris? cur hæc puerilia miser ignoras? nõne prius debebas considerare multa quæ sunt tertiæ declinationis & masculini generis apud græcos: nobiscum sunt primæ & fœminini generis: sicuti charta & cataracta. nonne item cogitare debebas

Margin notes: Impetigo; Furunculus; Contristare; Lichē. m. g.; Mentagra; Regula.

ſæpe ab accuſatiuis græcis & maſculinis fieri nominatiuos lati/nos & fœmininos ut æther æthera. æthra. æthræ. Virgil⁹. Et ful/gidus ethra ſiderea polus: & crater. ris. cratera. unde cratera. re. Item a fœmininis fœminina ut caſſis. dis: & hæc caſſida: dæ. Vir/gilius. xi. Aurea uati caſſida. nam ibi Seruius ait accuſatiuum pro nominatiuo poſuit. ſi hæc conſideraſſes tecum dixiſſes fortaſſis li/chen mutat genus & declinationem ut lichena lichenæ dicatur. Sed diceres ſcio Galeottum non poſuiſſe hoc modo. nam ſemper utitur in ſermone ſuo lichen: & recte dicis. nam genere maſculino ſemper ſum uſus. ſed hic o Georgi debebas in mentem reuocare il la quæ pueri didicerunt in primis litteris. quo argumeto o Merula lichen apud me eſt generis fœminini? ſcio reſpondebis propter re/latiuum in fœminino poſitum. diximus enim quam mentagram appellant. quid debeo ego magiſtro Georgio facere. ſi uirgis cæ/dam nates Georgii piloſas concitabo omnibus riſum & nihil effi/ciam: quoniam ſenem caſtigare eſt impoſſibile: debeo ne colaphis cædere? at tremulo: & grauaſtello: & uix animam trahenti: ſpiri/tum excludam. Si autem per capillos traxero uereor ne crines ſeni li caluæ male hærentes ſequantur manus: ſi ferule manum ſubice re cogam: nunquam tremulam illam manum: & uenoſam: ac illo/tam: uel pituita naſi: uel ſtercore: uel carbone ſordidatam ſine nau ſea inſpiciam: diſcipulum autem in his paruis peccantem impuni/tum dimittere imane eſt facinus: ſubtraham ergo Georgio potum meri ad triduum: ut poſt hæc ſit memor artis grammaticæ q̄ obli tus eſt regulas relatiuorum: nam relatiuum quis uel qui o Georgi diſcipule poteſt & cum præcedenti: & cum ſubſequenti concorda re. mentagra autem eſt fœminini generis: & cum mentagra cōcor dat. Vnde Salluſtius. Eſt locus ī carcere quod Tulianum appellat? Ouidius. In cunabula cretæ qui meus eſt orbis. Cicero. vi. de re p. Quem concilia cetuſq; hominum iure ſociati quæ ciuitates appel lantur. pudet in tanto Georgii ſtupore amplius loqui: concordat igitur relatiuum in locutione noſtra o Georgi cum ſubſequenti: & non cum præcedenti. cum autem me admones ut tandem diſcam ut ego poſſim fœditatem barbariſmi euitare: & ut manum ferulæ ſubiciam. cui non facis riſum: ſi ridenda potius quam miſeranda ſunt huiuſmodi deliramenta. hoc nāq; ē ſtultorū ē ꝓprium ut præ/ter ſe alios omnes putent ſtultos: alioqui nō moribus a cōmuni ho minum cōſuetudine alienis uterentur. Ecce qua ueſania miſellus

Grauaſtell⁹.

In Merulā.

Quis uel q.

pro Saluſt.

Georgius agitur: qui die noctuq; iu litteris uersatur (ut ipse ait) & est iam senex: & non modo ignorat relatiuorum rationem: sed homines in omni doctrina excellētes arbitratur id ignorare quod ipe nunquam ualuit intelligere. Iam a misello Georgio transibim⁹ ad ictericum: nam & hoc quoq; laborat. Scriptum est in libro de homine. ictericus morbus & morbosus dicitur a colore: icteris enim latine ficedula auis quæ est crocei coloris: quidam putauerunt icteritiam esse arcuatum morbum: quod nō omnino uerum est. hacten⁹ in libro nostro ubi declarauimus ictericum & ad hominem referri: & ad morbum. nam dicimus morbum ictericum & hoc actiue: & hominē ictericum passiue idest qui icteritiā patitur. ut si diceretur morbus hidropicus: & homo hidropicus: diximus autem hæc quoniam quædam ad morbum referuntur non ad hominem. sicuti recidiuus morbi: & non morbosi est adiectiuum. Virgilius. Et recidiua meis posuissem pergama teucris. pergama inquit recidiua quæ post casum renascuntur: & sic morbus reciduus qui post casum renascitur & resurgit: quod autē dicis morbum absolute græce icteron dici hoc uerum est: sed quid ad nos? a latinis nōdum receptum ē: nescio igitur quid garrias nisi negares ictericum & hidropicum & alia huiusmodi tam morbi: quam morbosi adiectiuum. cum diximus icteritiam esse diuersum ab arcuato uere diximus: quia cu ratio & causa sunt diuersæ in his quorūcunq; causa est diuersa effectum quoq; diuersum esse necesse est: oportet etiam fateri morbos quoq; esse diuersos: quorum curationes diuersæ sunt. esse autem horum morborum curationes causasq; diuersas medici ostēdunt: & quomodo hoc sit in libro de homine clare expositum est: & cum moderatione locuti sumus cum apposuimus illam particulam scilicet: quod non omnino uerum est quod ex curatione causaq; processit, tu Georgi inter hipodidascalos enutritus: quæso ne in his loquaris: quæ excedunt mensuram & ingenii & doctrinæ tuæ.

Quod autem somniando negas icteron ficedulam dici: agis ut cō suesti: ficedula o Merula cui auis hæc est incognita: a græco deriuatur: quandoquidem latini longo tempore sicos ficos dixerunt ut supra ostendimus. mutatio autem litteræ facta est propter aspirationem. nam. f. sibilus quidem & aspiratio & spiritus crassior in hoc conueniunt: ut ad spiritum exprimendum utraque littera ponatur sicuti hepta græci nos septem illi herpillon nos serpillum dicimus. digamma autem eolicum hoc est. f. pro aspiratione

Icteris Ficedula. Ictericia Regula Virg. locus Recidiuus Ficedula Regula. Ficus Hepta Serpillon F. pro aspiratione

poni in libro de homine aperte ostenditur. unde sicon ficum dixe/runt mutato sibilo in uocem crassiorem hoc est. S. littera in. f. mu/tata ficedula igitur græcum est a sico deriuata. si autem latine dice re uolumus galbulam nominabimus ut ait Plinius: ut si quis cole/ram diceret quæ latine bilis est & adiungeret biliosum puto latine dici qui colera habundat non excluderet quin colericus quoq; de/riuetur a græco: nam ficedula græce latie galbula: sed diceres cur dixerim icterim latine ficedulam auem: respondeo o Georgi quia licet hoc græcum sit: tamen apud græcos non reperitur. nos a græ co formauimus græcum: sed in usum nostrum uocabulum. galbu lam autem dici ficedulam apparet a quodam genere ficorum excel lentiori quæ albule appellantur: nam sunt ut testatur Macrobius ficorum genera plurima: affricana: albula: harundinea: asinastra: atra: palusca & reliqua: potius autem nomen hoc ab albis ficis quã nigris impositum est propter fœlicitatem: nam albæ fici inter fœli ces arbores: atræ uero inter infœlices nominantur: & huic aui ꝓ/pter augurium potius felix q̃ infelix arbor nomẽ indidit. nã galbu lam & ficedulam unam esse auem diligenter intuenti ostẽdit Mar tialis. ficedulam nãq; uuis & ficis pasci refert. sed a ficis nomina/tam: & quod de uua omiserat repetit in alio disticho. Galbula deci pitur calamis: & retib⁹ ales turget adhuc uiridi cum rudis uua me ro. uiuit ex fico nondum matura uua. postea utroq; utitur genere sed in aue addiderunt. g. gratia grauioris soni & differentiæ. g. au tem ab antiquis addi qui ignorat nunquam legit gnatus pro natus & gnauus pro nauus & gnauiter pro nauiter: & qui dubitat icipiẽ tibus a uocali addi litteras non recordat̃ huius uocabuli aulæ quæ græce sic & apd̃ nos teste Seruio additur. c. dicitur enim latine cau la. Vnde Virgilius. Cum fremit ad caulas: Et aulon in Horatio ꝓ monte calabriæ: apud Virgilium caulon ẽ: c. autem & . g. quam ha beant affinitatem lege librum de homie o Merula. Accedit etiam ad hoc quod albula inter uuas quoq; Macrobio teste annumera/tur ita ut cum ficedula solum a fico sit nomen galbula & ab uua & fico quibus pascitur recte dicatur quandoquidem albula & fic⁹ & uua est. In nostro textu hoc est phagedenas medici uocant quæ/dam ulcera quæ ita carnem corrodunt ut comedere uideatur. Hic subicit Georgius uerba digna se. Inquit enim. putilis. ne dicã bar/bara morbi descriptio: utpote a probatissimis scriptoribus abhor rens siquidem iulius pollux sic ait. phagedena exulceratio usque

Galbula

Albulæ.

Ficoꝝ genera plurima

Albæ fici

Atræ fici.

G.

Aula

Caula

Aulon

Caulon

Galbula.

Phagedenæ

ad ossa celeriter depascens saniem male olentē emittens & ad mortem perducens. Dic inquam Georgi ubi sermo meus abhorret a sermone Iulii pollucis. nam abhorrere penitus alienum & contrarium esse significat. Cicero i paradoxis locos graues e philosophia tractare auunculum tuum abhorrentes ab hoc usu forensi & publico. hoc est penitus alienos: nā in mea pscriptione ne unicum quidem uerbum est Iulii pollucis sententiæ contrarium. immo eadē fere exprimunt. in polluce ē phagedena exulceratio: & apd nos quedam ulcera & numero diximus pluratiuo ad exaggerationem mali: ut id quod ex prepositio in polluce auget. in nostro sermone pluralitas rependat. pollux item ait usq; ad ossa celeriter depascens & nos quæ ita carnem corrodāt ut comedere uideantur. Quid o merula alieni est in hoc sermone: & cum ille depascēs & nos corrodāt diximus fuimus eiusdem sententiæ: de in depasco auget & i nostro con in corrodo facit augmentum & celeritatem. con enim in cōpositione uehementiam cum celeritate plerumq; significat: ut consumo: conficio: & huius rei ratio est quia con simul significat: quæ autem simul fiunt a pluribus fieri creduntur: ubi autem multitudo ē auxilio uehementiam cum celeritate esse ueri simile uidetur: & ille quoque cum inflammatione saniem male olentem emittens & ad mortē perducēs: & nos ita corrodens ut comedere uideatur. quid autem uiuæ carnis comestio faciat qui ignorat sit memor Virgilii i iii. æneidos cum deciclope meminit Vidi atro cum membra fluētia tabo manderet & trepidi tremerent sub dentibus artus: descriptio igitur nostra quam penit⁹ alienam contrariamque putabas simillima est Iulii pollucis descriptioni. Sed unum a te libet quærere ubi legisti ironiam ex uerbis cōtrariis: uel correctionē ex diuersissimis? dicis enim perutilis ne dicam barbara morbi descriptio: in isto genere sermonis similia non cōtraria iunguntur. Ouidius in heroidibus. Ah nimium simplex helene: ne rustica dicam: & tu putilis ne dicam barbara. Si autem ironia ē non erat uerbo detegēda: ironia namque sola pronuntiatione a ueritate discernitur. Virgili⁹. Egregiam uero laudē & spolia ampla refertis tu que puerque tuus: magnum & memorabile nomen: non enim uerbo detegit ironiā. semper enim magna subicit: & cum ait egregiam uero laudem non dixit & scelera ampla refertis: sed semper in laude perseuerauit: si autem per correctionem dicere uolebas: uerbum magis idoneum ponendum erat hoc pacto. perutilis: immo perutilissima: si autem

Abhorrere.

De Depascere Con Corrodere

Ironia

Ironia

Virg. locus

per cauillum uoluisses irrider͂ sic debuisses. perutilis: perinutilis di cere uolebam: ut sermo uideatur excidisse: uel per agnominationē si loqui uoluisses: perutilis uel peruncti lis ut ab ungo deriuari uide retur: Si autem reicis in librarios: nam sæpe hoc accidit ut mutēt: obmittant: deprauent: & ais te scripsisse perinutilis ne dicam bar/ bara. hoc etiam est deterius: nam uidetur barbarum magis q̄ inuti le: cum barbaries in sermone accipiatur a nobis in loq̄ndo: & inuti litas tā sermonē q̄ rē cassam cōplectit͛ in emēdatiōe sermonis. cum teipsum corrigis quod maioris significationis ē reicit͛ cōtra artem. nisi putares barbaros plusq̄ inutiles cum ab eis phiam: mathemati cā: musicā & oē gen⁹ bonoꝝ habuerimus: teste Calcidio in thicum Platonis. teste Strabone: & teste ueritate. nec. n. illud ueꝝ est ꝙ de græcis aiunt: cum eos haꝝ disciplinaꝝ inuētores asserunt. nō enim Athenæ: sed Aegiptii: Babilonii: Chaldei hæc nō tradiderunt. ni hil de iudeis loq̄r: qm̄ hoc oībus fere notum ē ēt testimonio eusebii pāphili de euāgelica ꝑparatiōe: quocirca igit͛ mō dixeris uehemen/ ter o aselle rudens errasti: sed hoi stulto & impito hæc ꝑdicare ua/ num est: qm̄ hæc minime intelligit: de his satis: ad alia sermo uerta tur. dicim⁹ in nr̄o uolumine. allopetia p se nota. est eni depilatio ad similitudinē uulpis. unde & ipse morbus dicit͛: uulpes græce allopis uocat͛: hinc more suo assilit Georgius nō sine stulta & temeraria lo cutione. Inquit. n. puerilis & in concinna expositio: quanto graui⁹ & eleganti⁹ Paulum ac Corneliū secutus sic explicuisset. alii mor bi sunt in capite diuersa nomina sortiti: nā quemadmodum plātæ humoris indigentes corrumpunt͛ & exarescunt: aliæ autem p hu/ miditatem a seipsis alterant͛ sic: & in capillis fieri cōtingit. nā si hu mor affuerit caluitium nascit͛: at ex humoꝝ malitia ophiasis figu/ ra solum differens ab aliis: ꝙ pars læsa p quā similis uidet͛ esse serpē tis: allopetias uero morbum appellauerūt ꝙ freq̄nter uulpes eo la borēt. hæc refert Merula ex Paulo & Cornelio. ut ipē ait sed quæ so georgi: cur dixisti grauius & elegantius. cum copiosius dicere uo lebas & distinctius: sed apud te grauis & copiosus idem sunt & ele gans & distinctum pro eodem apud Merulam militāt: sed ut ad rē nr̄am reuertamur: ubi nam est expositio puerilis & incōcinna? nō ne tu fateris etiam inuitus affirmantibus doctis uiris allopetiam a uulpe dictam: & hanc esse depilationem ad eius similitudinem quā uulpes freq̄nter patitur: sed si diceres cur nō omnia dixerim respō debo ꝙ iam centies dictum est nos. s. non omnia dicturos: ubi ē ista

Cōtra græ.

Allopetia

Allopis

Caluitium

Ophiasis

Allopetia

expositio inconcinna? est ne error in nomine: an in uerbo: an ordi/ne? o miser nescis nisi latrare: & garrire: & doctis uiris detrahere: nam hominis detractõibus & maledictis nõ comprobat̃ doctrina: sed inscitia ꝓdit̃. est ne hominis docti semꝑ cum pueris de doctis ui ris cum detractatiõe fabulari? in angulis latrare? audio quartũ ꝙ ꝙ uerbum est Galeottus apd̃ te: cum legis: uel doces: statim clamas hoc non tenet Galeottus: hoc Galeottus peccauit: hoc Galeottus nesciuit declarare: & talia inania & puerilia. Apponit etiam geor. uerba hæc nostra. i. cancri speties est cancrena quæ ut ait Plini⁹ sa nari põt: sed geor. uidens in hac re nihil dici posse remittit lectores ad medicos: q hoc sciunt. nimis sero seipsum cognouit geor. nam si ab initio hoc fecisset nunq̃ sic delirasset. i grãmatica quoq; debuis set dicere. grammatici uideant: & in aliis alii: qa nulla disciplina ꝑ spectat ad geor. & ut tandem aliqd dixisse uideat̃ in fine cuiusdam textus iulii pollucis ostentat orthographiã cum dicit p. g. scribi nõ p. c. debere: quoniã a Nonio marcello in lr̃a. g. gangrega ponit̃ di/cente gangrena cãcer. Lucillius. o. i. serpere uti gãgrena malo atq; hæc pestica possit uarro nõ uituperamus cum sciamus dictum ꝑci di oportere si ob eã rẽ gãgrena nõ sit ad brachium uentura. Idẽ de uita patrum libro. iii. quo facilius aĩaduertat̃ ꝑ oẽs articulos popu/li hanc mali gãgrenam sanguinolentam ꝑmeasse. p. g. inqt. geo. & nõ p. c. scribi debere. hic subẽ plurimus error o georgi. prio non est officium grãmatici discernere morbos. Nonius nõ nouit qd cãcer & quid cancrena esset: & ideo ut inscius temer̃ exposuit sed Pli. & medici periti ponunt differentiam. putant. n. cãcrenam feminã de biliorẽ morbum sanari posse. In eo ꝙ de ortographia põis miseret me tui q errorem uel negligentiam. uel qa putauit. c. g. & . q. eẽ idẽ. ut nos quoq; diximus. Nonium secutus nesciuisti discernere: qs. n. unq̃ uidit in fœmininis a masculinis existẽtibus fieri in scriptura mutationem: ut equus equa. mulus mula: beat⁹ beata. animus aia. leo leena. draco dracena. cãcer cancrena. a cancro enim est diceres auctoritate Nonii hoc dixi. at ego dico ꝙ non intelligis nõ esse imi tatiõe dignum. c. g. & . q. sint eadẽ elementa: ut in libro de hoie ostẽ dimus: & hãc Noni⁹ hñs opinionẽ in locandis dictionibus fuit for tassis negligentior. nam i littera quoq; c. ponit quæ p. q. scribunt̃. uñ ipse dicit Cassum est contusum: & nõ integꝛ. Virgil. cassatæq; rates. Cassare est mouer̃. Vir. vi. & lãpada cassans ꝑ graium popu/los. Plau. in milite q suã undantem clamidem cassando facit. Nos

Cancrena

Cõtra Nõ.

Cãcer Cancerna

Cassare

uero Georgi quatio p.q.scribimus. unde est quasso.as. & quassat⁹ sed a careo cassum p.c. scribit cõsuetudo. ut nunc cassum lumine lugent. nõ est igit Nonius in hac re imitatione dignus. cum cãcer unde cancrena p.c. scribat. Carpit etiam merula illud libri nostri: sacer ignis sunt pustulæ ad similitudinem uaro⁊ corpus corripientes. dr̃ ãt ignis qa corrodit: & sacer qa execrabilis est. Hic Geor. qle & quẽ ornatum dederit initium q̃so aduertamus. inqt. n. nequeo satis nõ mirari somnum ne dicã stuporem Galeotti. q celsi pquã studiosus nõ aduertit ignẽ sac⁊ diffiniri: & cætera. nequæo satis non mirari inqs: hoc apd latinos dicit neq̃o satis mirari ĩ hoc sensu. sed credo cũ hæc scribebas somnũ quẽ dicis Galeotti te oppssisse. sed qd cõtra nos uerba Plinii: & Cor. illi. n. secãt in species sac⁊ ignẽ: & nos in unã summã nr̃a diffinitiõe redegim⁹. ut nulla sacri ignis malitia sit. q̃ nõ cõphẽdat sub sermõe nr̃o. nã siue hoiem ãbiat. siue nõ in nr̃a diffinitiõe cõphendit. nõ. n. leuia uerba posuimus cum pustulas & uaros corpusq̃ corripiẽtes dixim⁹. i eo q̃ hortaris studiosos ut Cornelium & Pli. diligẽtius & perspicati⁹ plegãt q̃ Galeottus bñ facis. ego quoq̃ unumquẽq̃ rõnis capacẽ ad illud idem faciendum nõ mõ hortor: sed oro. cuperẽ equidem multos me longe doctiores euadere. te ãt Merula moneo ut maledicẽtiam: obtrectationẽ: inuidiã: & cæteras aĩ labes: qb⁹ obnoxius es depõas tãdẽ: & incipias discere grãmaticã: deide rethoricã: postea philosophiã: at dicẽt impossibile est qm̃ Georgi⁹ est monstroso corpore & simio simillimus. qd obstat qn simius iste nõ possit saltem discere q̃dam ad mores quo⁊ phia ẽ magistra. resecet ungues ne semper sordib⁹ scateant: siccet lippitudinẽ ne hoies aspectu offendat: pituitã detergat: ne mucci a naso pendeant: pollicum ungues eliso⁊ pediculo⁊ sanguine rubros non lingua coram oĩbus sed clã lintheo detergat. crepitus uentris quos in foro propalã emittit cõprimat. nec respiciat edictum claudii quod præmeditatus erat: quo ueniã daret ef͡latum crepitũ q̃ uentris in cõuiuio emittendi: præterea cũ cõedit nõ utrãq̃ buccã iplẽdo inflet: cum bibit nõ ingurgitet: ĩ loquendo nõ cõspuat secũ sermocinãtes: & cũ legit aut docet nõ nares aut auriculas scalpat digitis: & deniq̃ exuat brutum: hominem induat. nã teste flacco Nemo adeo ferus est: ut nõ mitescere possit: dummodo culturæ patientẽ accomodet aurẽ. accedit etiã q̃ mentis tumultus oĩo debeat repellere. ne misellus Georgius die noctuq̃ torqat. laborat supra oẽs mortales inuidia. quid ãt mali inuidenti afferat hoc

Cassum
Quassum
Cancer
Cancrena
Sacer igni
In merulam
N.
Claudii edictum

infœlix uitium dicerem profecto nisi occurrerent flacci uersus. Inuidia siculi non inuenere tiranni maius tormentum. nemo. n. ē tā abiectæ condictionis: tāq̃ infimæ sortis cui Georgius nō inuideat. cauponib⁹ detrahit. baiulos obliq̃s oculis spectat. aniculas lana & tela uictum q̃rētes liuore ꝑsequit̃. mēdicos carpit: oībus pueris ac seruis ē infestus. Cōspexit quēdam ut audio naucleꝝ solito cultiorē: adeo afflictus est: ut triduo suspirauerit. q̃rētibus cām luctus respondit oēs seipso ornatiores uidere: o miseꝝ hominē in tantis cruciatibus ex inuidia constitutum. Ab inuidia sordidibusq̃ Georgii fiat transit⁹ ad hemitriteum. in quo Georgi⁹ se recognouit. utitur eni his uerbis: meum nō est de genere & q̃litate febris differere: & tādem allegato paulo æginita mecum nolens inuitusq̃ sentit. nam in fine sui capitis ait. hæc ex his uerbis colligere possumus hemitriteon dici q̄ sit febris ex finibus duaꝝ cōstans: noluit dicere duodecim horas quietis & has eē medium duaꝝ febrium: ne omnino mecum sentiret: attamen nesciuit orōnem suam obstruere ne ex aliq̃bus foraminibus sententiæ nostræ consona oratio reluceret: ī hoc laudanda est natura Georgii: q̄ nolens aliq̃n uerum fatetur: sed ut uerum dicam: hac ī re decept⁹ sum: putabam. n. post hemitriteum cessasse delirium Georgii: sed adhuc durat: nam refert illud quod diximus in principio secundi libri: hucusq̃ enim de primo locutus. sunt uerba nostra. & iam de interioribus ratiocinabimur: & ab his quæ in capite sunt sumemus exordium. hic Georgi⁹ tanq̃ experrectus: uel a crapula destitutus refert somnium: inq̃t. n. adhuc hæret infixum in mente Galeotti: q̄d puer ab ineruditis & barbaris præceptoribus didicit. quorum hic fuit sermo de pace rōcinant̃ homines: hoc est sermonem agunt. sic hoc in loco Galeottus nō dico improprie sed falso & ridicule hoc uerbo usus est: nisi forsan uel inuitus uitium suum aperuit. nam nō uera narrat: quippe qui nullo auctore nitatur: sed ratiocinatur. i. ratione quadam parum constante ineptos quosdam sensus & pueriles expositiōes aucupatur: uerum pauca super significatione huius uerbi differēda sunt: ut. s. ostēdamus huiusmodi locutionē fœdam esse & barbarā: ratiocinari apd̄ idoneos est per rationem quandam id depræhēdere & colligere q̄d lateat & incertum sit: hæc Georgius. Sed quæso qui hæc considerat: nōne putabit Georgium aut somniare: aut delirare: nam illud uitium adhuc manet infixum in mente Galeotti delirātis uel somniantis est: qui somniāt & qui delirant sunt plerūq̃ addicti q̄busdā

Hemitrite⁹

Ratiocinari

imaginationibus uanis. ſecum enim iſte miſellus inſania percitus loquitur ac ſi mecum per totam noctem fuiſſet in altercatiōe hui⁹ uocabuli: & tandem indignabundus in hunc ſermonem prorupe/rit. adhuc hæret infixum in mente Galeotti: hoc ergo ſignum eſt inſanientis Merulæ. quod ipſe auget cōmemoratiōe quorundam barbarorum: quos nemo noſtrum unquam uidit nec audiuit: cre/do ꝙ addictus illis uanis imaginib⁹ quæ Georgio uel ebrio uel ſom nianti uel inſano ante oculos obuerſantur: hoc dixerit: uiſum enī eſt ei Galeottum eſſe puerum: & doceri ī hungaria: uel germania: a quibuſdam barbaris præceptoribus: ꝙ ſe audiente interrogarint Galeottum qd ſignificat ratiocinari: & ꝙ Galeottus fuerit ab illis maxime laudatus: quia peruerſe ſenſerit: o miſerum Georgium in temperies te uexat: inſania complectitur: ebrietas oſculatur: ſom/nia uana te nunc horſum nunc illorſum rapiunt: præterea dicit quod nuſquam eſt apud idoneos: nam ratiocinari non eſt per ratio nem dep̄hendere & colligere quod lateat: ſed eſt ratione menſura & modo de re & non ſtulte nec temere loqui: ratiocinatio: enim ſi/ue rōcinium ſignificat locutionem ac ſermocinationem rōne mo/doq; ſubnixam: ipſamq; rem explicātē: unde ratiocinari deriuat̄: uel econuerſo. L. columella. *vi*. hæc nō aliena nec procul a rōcinio quod tradituri ſum⁹ breuiter p̄fari oportuit. Victruuius architect⁹ primo. ratiocinatio āt eſt quæ res fabricatas ſolertiæ ac nois ꝓpor/tiōe demonſtrari atq; explicari pōt. rōcinari igit̄ o Merula ē rōne aliqd explicare. quātum uictruuii dictum nr̄o libro cōueniat: quis facile intelliget. nam fabricam hois interioris poſitis nominib⁹ reꝝ ac proportione aſſignata: totam hois interioris ꝓportionē ſubſtan tiamq; explicamus ac demonſtram⁹. cum autē dicis uicioſum eē de pace ratiocinari hoc eſt ratione & mō loqui. oſtēdis te non eſſe ſo/litum in hac rationatione rōcinari. quādoquidem te rōcinii exper tem indicas. Et ſtatim ſubicis imo lethargus acutus eſt morb⁹. cur imo appoſuiſti? nam correctio præſupponit erratum. qs inficiatur lethargum eſſe grauē & acutum morbum. quod ex te licet cogno ſcere quem ita obliuioſum reddidit: ut plerūq; digitorum tuorum numerum ignores. adhuc in illo delirio perſeueras: nam tanquam ſomnians nullo affirmante uel negāte qcq̄: dicis imo acutus ē mor b⁹. Sed qd de freneſi loq̄ris cum cerebrum ſit ſedes oium deliramē toꝝ. adeo ut cerebroſi puerſæ ac ſtulte cupiditatis hoīes dicantur. Hor. ī ſermōib⁹: dōec cerebroſus ꝓſilit un⁹. Cū āt dixim⁹ māſum

Ratiocinari
Rōcinatio.
Rōcinium.
Lethargus
Cerebrum
Cerebroſi
Manſum

quid censemus apud eos esse qui minus idonei sunt? unde nō in magno ponā discrimie uera. ne inter Vlixē & Palamedē uerborum cōtentio fuerit: quæ est apud philostratum: nullum. n. græcis ĩpudēs mēdacium uidet̃: fabulositate inuolutis: sed declarabo qd itēderit Vlixes in eo sermone ad Diomedē. licet ad rem nr̃am non ptineat: qa ea locutiōe ōndit̃ Palamedem lr̃as inuenisse quasdã & a gruib⁹ sumpsisse exēplum: quod nos quoq; fatemur. nam Palamedes lr̃as repit aspiratas: ut testatur Seruius allegans Varronem: lr̃æ autem aspiratæ sunt zita thita phi chi psi: in istis. n. aspiratio ē: nam de his ubi est. h. nemo dubitat: & ubi resonat hæc lr̃a. s. certum ē. nã ipsa ut ostendimus in libro de hoīe est sibylus qdã. sibylus át est uariatio spiritus: & aspiratio: & ideo in uersu ut. h. pleruncq; nullam hēt uim. Iuuenalis: dispositis p̄diues hamis. & Vir inter se couisse uiros & decernere ferro: & in illo mo℞ libello: successus idignos noli sufferre moleste. nemo igit̃ admiret̃ qa iter aspirata elemēta quæ hūc sibylum hñt iclusimus: sed nuſq̃ cōmemorat̃. *y*. litterã a palamede inuētã. nec ēt ab isto quē attestaris philostrato. dicit. n. ipse lr̃as a palamede repertas sed nō nominat illas: sed si quid ueri elici potest ex græco℞ uanitate & fabulamentis: philostratus dicere uoluit aspiratam uocem a gruibus palamedē sumpsisse: & nō formã lr̃arum. ipsæ enim grues gutture suo sonos conceptos cum quodam sibilo: & aspiratiōe emittunt: & hinc cœpisse ait palamedem litterarum aspirationem: quandoquidem Seruio & Varrone testibus litteras aspiratas reperit. prius enim hæ littere erát sed nō aspiratæ. unde & ex qua forma thita chi & alia huiusmodi sumpsisset palamedes. quando enim grues ita cōstanter uolant: ut illam ipsæ solæ formã uolandi habeant: nō oportuisset palamedem propter hoc uolãtes grues contẽplari. hic inter nos tales formas inspicere potuisset. sed quamobrem deberet inspicere: nōne arbitrarium fuit ei signar̃ litteras: uel rotundas: uel oblongas: uel alio quouis modo. quid ergo a gruibus didicit formã? ne. & grues non tam uarie uolãt ut doceant tam uarias formas: nec tam constãter: ut semper in una forma perseuerent: docuerunt ne grues nomē lr̃a℞ uel ui? at utrunq; ignorant: quæ igit̃ demētia est hoc dicere? cum ipse palamedes apd̃ philostratum dicat lr̃as nō inueni: sed ab auibus inuētas fateor. qd eni hic sermo indicat: nisi ab auibus fuisse nō formas inuentas qa falsum est: sed modum ꝓnūciãdi: & ui soni & aspirationis. gutture eni ut diximus sonos emittunt cum sibilo. i. aspiratione. & Plinius

Palamedes lr̃as reperit

S. littera

Sibylus

Libellus mo℞

N.

adiecisse lras palamedẽ ait non inuenisse. nã iuẽtis addidit assyriorum & nõ græcorum lra℞ iuentionẽ esse eodẽ auctore didicimus: & tamẽ o Georgi nec Pli. nec Philostrat⁹: nec Varro: nec Seruius dixerunt unq̃ y lram esse palamedis inuẽtum. sed tu philostrati sermone ďceptus philostrati inq̃ male intellecti. cum dixit ego lras nõ inueni: sed ab auibus inuẽtas fateor. putasti oẽs lras ex hoc sermone idicari. Seruii ac Varrõis Pliniiq; imemor. q quasdã: & nõ oẽs: & in illis nequaq̃ y palamedi tribuunt. i eo ãt ꝙ dicis Plinium de inuẽtorib⁹ re℞ nõ posuisse samium pythagorã(nam hoc quoq; loco argumẽti tibi ẽ) plurimũ rideo. credis. n. Pliniũ oĩa posuisse. quod est falsum. multa eni tanq̃ minuta neglexit: q̃dã tanquã inutilia p̄teriuit: pleraq; ignorauit: hõ enim fuit. nonne ignoranter illud cũ libro. xxxiii. capite. xii. inuenitur: in argentariis metallis minium quoque: & nunc inter pigmenta magnæ auctoritatis: & quondam apud romãos non solum maxime: sed etiam sacræ religionis ut auctor est Verrius: & cuius sit necesse credere auctoritati iouis ipsius simulachri faciẽ diebus festis minio illini salitam triumphantiumque corpora. sic camillum triumphasse. hac religione etiam nunc addi unguenta cœnæ triumphali: & a censoribus in primis iouem miniãdum: locari cuius rei equidem causam miror. quamquam & hodie expeti constat ethyopum populis totos; eo tingi proceres. huncq; ibi deo℞ simulachris colorẽ esse Hæc Plinius q miniãdi Iouis: uel cãilli minio illiti: causam mirat᷑: sed ut ait philosoph⁹ i prio priæ philosophiæ. Qui eni dubitat & admirat᷑: is ignorare se arbitratur. Plinius Ergo cum causam admiratur suam profitetur ignorãtiam. q̃ puerile sit hoc ignorare nemo qui tenet litteras hoc ignorat. nam si triumphãtem camillum minio illitum admiratur. ignoret profecto triumphanti multa dari: quæ Iouis sunt: ut sceptrum: ut aquila: ut corona & reliqua. Iuuenalis cum de triumpho meminit. qd si uidisset prætorem currib⁹ altis extãtẽ & medio sublimẽ i puluere circi. In tunica Iouis & pictæ sarrana ferẽtem ex humeris aulea togæ magnæ que coronæ tantum orbem quanto ceruix non sufficit ulla: da nunc & uolucrẽ sceptro quæ surgit eburno. Si ãt Iouem sic illitum mirat᷑: ignorat hoc fieri pp ætheris similitudinẽ: q iuppiter ẽ: nec scio an ea fuerit ignorãtia ut iuppiter miniãdus locaret᷑ cẽsorib⁹. cũ his cura mo℞ esset q maxĩe i religiõe expostulant᷑. ita ut ꝙ ex religiõe esset censores curarent: & quod apud ethyopes omnes dii & proceres minio illinuntur: ut apud nos quoque trium

Inuẽtõ lra℞

Minium

Cõtra Plin.

Quæ triumphanti denť

Iuuen. loc⁹

Iuppiter miniandus.

Omnis potestas a Ioue

phantes: quod non est ocultæ rationis: omnis enim potestas a Ioue idest deo ē: & omnes dii membra Iouis censentur: Vnde illud. Celicolæ mea mēbra dei: quos nostra potestas imperiis diuisa facit. Nō est igitur mirum: si Plinius uel neglexerit uel ignorauerit y fuisse pythagoræ inuentum. sed occurrit illa dubitatio. Vnde Martialis nominauerit gruem palamedis auem: istud quoque esset declaratum per superiora ipsi Merulæ: quoniam aspiratas imitatus grues

A potiori fit denomiatio

reperit: sed homini acuto non esset ratio idonea: quia a potiori debet fieri denominatio teste philosopho: si igitur auem palamedis dicimus gruem: nō propter hæc quæ parua sunt: sed propter magna dicemus: nam teste Plinio ordinem exercitus: dationem signi: tesseras. uigilias. palamedes inuenit troiano bello: quo autem ordine utantur grues audiatur Plinius. x. naturalis historiæ sic de his auibus loquens: Indutias habet gens pygmeorum abscessu gruum ut diximus cum his dimicantium: immensus est tractus quo ueniunt si quis reputet a mari eo quando proficiscuntur consentiunt uolant ad perspiciendum alte ducem quem sequantur eligunt: in extremo agmine per uices qui acclament dispositos habent: & qui gregem uoce contineant excubias habent: nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes: qui lassatis somnno decidens indiligentiam sono coarguat: cæteræ dormiunt capite subter alam condito alternis pedib⁹ insistētes: dux erecto præuidet collo ac prædicit. hactenus Plinius. Quis igitur adeo stupidus est: ut non intelligat auē palamedis dictam gruem? quoniam huius naturam obseruando in militia multa reperit: ut testatur idem auctor. sed hucusque in omni commemoratione nullus dixit y esse inuentum palamedis: & a gruibus sumptum siue uolent quadam litterarum forma: siue nō: his igitur exactis reliquum est ut discipulum nostrum Georgium doceamus ubi legatur hanc litteram esse pythagoream. Omittam illud notissimum, carmē quod Virgilii esse perhibet. Littera pythagoræ discrimine secta bicorni: humanæ uitæ speciē præferre uidetur: nā uia uirtutis dextrum petit ardua callē y: & reliqua: Merula enim negare posset carmen illud fuisse Virgilii. at non negabit elegans & uetustum esse: nec inficiabitur a doctissimis uiris ut Suetonio: Quintiliano: Macrobio: allegari quædam in certis auctorib⁹ quæ sapere latinitatem iudicantur: sed ut merula auis nullam in partem uolitet adducentur duo locupletes hoc est Persius Satyr⁹: & Seruius grammaticus. nam Persius sic. Est tibi quæ samios de/

Ordo exercitus.

Grues

Auis palamedis

Pythagoræ est littera

duxit littera ramos surgentem dextro monstrauit limite callem. pythagoram fuisse samium credo non opus est discipulo meo declarare. Seruius uero .vi. æneidos sic inquit. Nouimus pythagoram samium uitā diuisisse in modum y litteræ scilicet quod prima ætas incerta sit quippe adhuc se nec uitiis nec uirtibus dedit: biuium autem y litteræ a iuuentute incipere quo tempore homines aut uitia: idest partem sinistram: aut uirtutem idest partem dextram sequuntur. Vnde Persius. Traducit trepidas ramosa in compita mentes: hæc Seruius. Persium quoque attestans de pythagora qui ut y litteram ita uitam diuisit: nec ad illud me uerto quod dici posset Plinius nonne uidit illud carmen si Virgilianum aut uetustum ē. quoniam statim occurreret an uiderit buccolicum Virgilii ubi dicitur. Pan deus arcadiæ uenit: quem uidimus ipsi sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem: unde ad ætheris similitudinem Iouem pingi elicere potuisset: quoniam pan totum significat. totum autem ē iuppiter. Lucan⁹. Iuppiter est quodcumque uides quocumque moueris. His alia quoque Merula annectit: ne uideatur sui moris oblitus. Cum enim diximus hisciacum ab hisco: ualde nouum iudicat: credens ab ischiis dici. non bene tenet Georgius rationem medicinæ: qui credit Catonem uinum posuisse ad coxendicis dolorem. ubi hæc legisti Merula? cur miser iurgia iactitas? cur non consideras uerba Catonis? non debent textus fingi: sed integra fide referri: quid etiam in medium adducis agelli uerba quæ non faciūt ad hanc rem. nam musica coxendixe laborantibus suffragatur nō hiantibus. hæc enim uis musicæ est ut languētes excitet. Catonis autē dictum ad nimium oscitātes refertur. quid enim coxēdici medicatum uinum prodest: ymo obest potius. quid autem intellexerit Cato: facile ex eius uerbis apparet. Inquit enim uinum ad hisciacos sic facito. de iunipero materiam semi pedem crassam cōcidito: minutim eam feruefacito cum congio uini ueteris: ubi refrixerit i lagenam confundito: & postea id utitor. uini ciathus mane ieiunis proderit. Quid o merula uino & iunipero cum coxendice est: quā iuniores schiam uocauerunt: per detruncatiōem ut supra dictum est. Sed iunipero cum oris uitiis multum rei est: nam diascorides sic de iunipero: prunis imposita fugat serpentes: fructus eius iucundus est: & odoris summi si ore detineatur: & eustomachos est: & thoraci utilis: tussim sedat ueterem: & reliqua. Iunipero igitur uis magna ad ea quæ crebram faciunt seu generāt oscitationem.

[Marginalia: ꝑ Persio — Persius — Virgi. i buc. locus. — Pan ꝑ ioue — Hisciacum. — Musicæ uirtus — Hisciacis remedium. — Schia — Iuniperus]

Hiſciacus quid ſit morbus

Nam ex his locis uitiatis aut humore oppletis plerunque naſcitur. Non enim tam leue medicamentum iſciacos leuat o Merula. Plurimi enim craſſi tenaceſque humores in coxẽdice indurati qui cauſam doloris afferunt non potu uini cum iunipero expelluntur. Coxa enim cõcauitate oſſis malis oppleta humoribus membrumque rarefacientibus ita uexatur: ut ad calcaneum uſque digitum que pedis minimum dolor cum læſione deſcendat. Vnde hic morbus & ſanguinis miſſione: uehementi fricatione: fomentiſq; plurimis indiget. Iuuatur etiam cliſtere ac balneo rebuſq; acutioribus: & nõ

Remedium hiſciacis

uino iuniperis medicato. Immo ſi locus pateretur tam ratione quã auctoritate ſummorum medicorum oſtenderem uinum huic malo noxium. hiſciacus igitur ab hiſco. Nam cum hio hias hiare hiaſco

Hiſco

faceret ſecundum modernos euphoniæ gratia hiſco dixerunt ueteres: ſed ſæpe quæ detrahuntur in uerbis in formatis deriuatiſq;

Fluo fluxũ uel fluctum

ab eis recuperantur. nam a fluo fluxi fluxum uel fluctum dicimus: ſed deriuatum a ſupino detruncato ac mutilato cum ĩtegritate formatur: dicimus enim fluito fluitas ſicut fricui frictum & ab hoc fricatio & confricatio excluſam repetunt litteram. hiſciacus igitur a recupauit: quod hiſco euphoniæ gratia perdiderat. nam cum hiſcicus diceretur hiſciacus in uſu reperitur. Subſequitur alia rephenſio cum deprauatione textus in libro noſtro. hæc eſt uerborum textura.

Obſcedo Graueolẽtia

Eſt & oris uitium obſcedo: nam etiam graueolantiam ſignificat. quando dicimus Georgi etiam graueolantiã ſignificat hoc ſermone indicamus ad plura hoc uocabulum ſe extendere. nam quod a. Q. ſereno ponitur. pro morbo ponitur: & quia obſcedo ab obs uidetur d̃riuari quod obſcænum ſignificat: ab oſcis ut ait Feſtus: quibus fuit uſus libidinum ſpurcarum. ideo oris obſcænitatem ſignificare etiam diximus. obſcænitas hic nõ ad mores quia morbus ẽ:

Obſcenum

copulatur enim cum linguæ uulnerib9: ſed ad obſcænitatẽ & oris immunditiam refertur. Obſcænum autem immundum ſignificare teſtis eſt Noni9 marcell9. graueolentiã ãt inter alios morbos oris immunditia efficit ex qua gingiuæ ſæpe læduntur; & plerumque dentes opplentur. uerba igitur noſtra oppoſita hac copulatiua etiã alia ſignificare inſinuant. Vnde Agellii ſignificationem non excludunt: quæ cum nota ſit a nobis per copulatiuam duntaxat indicatur. quæ uero ſub obſcurior erat clara oratione deſcribit̃: & tu ut cõſueſti aulum gellium ꝓ agellio dicis: cum ab agello agellium

Agellius nõ

dicat Priſcianus. Et gellius allegatus a Plinio longe antiquior iſto.

ut iam ſæpe dictum eſt: liber noſter hæc quoq; continet: præcordia græci phigenas uocāt. hæc. n. ut dixi cordi prætenditur: & omnia uiſcera principaliora membranis ꝓpriis incluſit prouidēs natura. hic Merula poſtquam more ſuo debacchatus ē: dicit phigenas nō ſignificare præcordia & ſupponit phrenas. Quæ phreneſis ē etiā hæc o Georgi. phrena dicitur mens: & phreneſis tunc in homine ē cum mens alicui rei nimis addicta eſt. quod eſt ſtultitiæ proprium: Mentis Cor ſecundum quoſdam eſt ſedes: ſecundum alios autem eſt cerebrum: ut dicitur in libro de homine: unde nullo pacto dixeris præcordia phrenas: nuſquam enim hoc repertum eſt ſed phigenas: tantum enim phrena: & præcordia differunt: quātum mēs & præcordia: Mens enim eſt animi pars pugatiua: & præcordia ſunt corporea: de deprauatione textus quando loqueris: deberes tibi mordicus linguam amputare: nam tuus mos eſt Georgi: nō meus: deprauare textum: nos enim plerunq; textum ad unguem: ſæpe ſenſa mutatis quibuſdam retulimus: & tunc nec nobis: nec auctori tribuimus: præſertim in re manifeſta. de præcordiis ī libro de homine dictum eſt ſatis: cum latam ſignificationē gerunt: & cum ſuam dūtaxat habent. Et cum dicit' hipocondria præcordia quoq; dici poſſe: hoc accidit ex remotiſſima ſignificatione. nam coſtæ inferiores aliis extis: & cordi prætenduntur. hippocondria autem ſunt coſtæ molliores: ideo non idem eſt dicere: hic circum præcordia ludit: & circum hippocondria: quoniam illud de uagina cordis intelligitur: hoc de his quæ circa cor aliaq; exta: remotiora: tamen intelligit' præcordioꝝ læſio o Georgi: & hippocōdrioꝝ diuerſæ rationis eſſe cognoſcit': præcordia ex ſui deriuatione quæ cordi prætenduntur inſinuant. ſed p excellentiā cordis dicimus thecā: quæſo Georgi in his quæ ad diſciplinam ſpectant conticeſcas: nā licet peritos conſulas in unaquaq; diſciplina nunq̄ bene cōſules niſi ſapias: qui. n. rerum imperitus eſt neſcit mentem ſuam exprimeř: nā ſi perite o Georgi medicum peritum conſuluiſſes: interrogaſſeſq; dolores ne præcordiorum: cum doloribus hippocondriorum ſunt idem: ſtatim perit⁹ ille medicus reſpōdiſſet eſſe diuerſa: nemo hoc ſibi perſuadeat ut in ea diſciplina quam ignorat poſſit perite peritum conſulere. Finitis iam iſtis reſpōdeam⁹ Merulæ ſuper dogmate. Ita. n. inquit Georgius: ſi ſcires Galeotte quid eſſent dogmata: ſacras noſtras litteras dogmata non appellaſſes: nam ubi legimus diſperſit ſuperbos mente cordis ſui: dogma ibi nō ē. Iam Georgi⁹

Phigēas domini
Præcordia græci
Phrena
Phreneſis
Mens
Præcodia
Hipocōdria
Nota
Dogmata

religionis Christianæ propugnator accerrimus efficit: quādoqui/
dem de litteris nostris sacris male dici dogma arbitratur. Sed qua/
re Georgi illud non est dogma: respondes. illa dumtaxat dogmata
dicuntur quæ sinodus sanctorum sciuit: & qd o Merula de dogma
te Platōis: & aliorum Philosophorum dicem⁹? nōne illa quoq; dogma/
ta appellantur: dicuntur: appellantur quidem dicet Georgi⁹ quia
totiens occurret hoc uocabulum ut negari non possit. Cur igitur
sacram scripturam nō uis uerum dogma nūcupari? qa inusitatum
est dicet Georgius. Cur igit̄ q̄ synodus sciuit dogma uocas? nam si
aliqñ synodus sanxit euangelia quæ Andreæ tribuunt̄ nō esse ido
nea: nōne illa malum dogma dicem⁹: puersamq; doctrinā? dicem⁹
inqt merula. Cur igit̄ q̄ ad doctrinā bonā faciunt non sinis uocari
dogma uerum? nōne etiā de rebus fidei & religionis doctrina recte
dicit̄. cum audias illud. Tēpus. n. ueniet quo sanam doctrinam nō
sustinebunt. respondet Geor. quoniam nō legi dogma in hac signi
ficatione. in qua quæso Georgi tu respondebis dicens merula ne/
scit. his omissis declarabo qd significat hoc uocabulum prīo: deīde
auctoritate sanctorum ostēdā in nr̄a significatiōe esse in usu. Dogma

Dogma qd

siqdem ē doctrina & factio alicuius: unde dogma platōis dr̄ doctri
na & opinio & factio Platonis: & sic de aliis. Seruius octauo super
eo uerbo: Fortuna oīpotens: ait secundum stoicos locutus ē q nasci
& mori fatis dant: media autem fortunæ: nam uitæ humanæ icer
ta sunt oīa: unde & miscuit casum ut q̄si plenum ostēderet dogma.
nam nihil esse tam fato q̄ casus secundum stoicos dixit. Idem ī. vi.

Hirmos

Hirmos. i. unus sensus ptentus p multos uersus inquo tractat̄ de
Platonis dogmate: quod in Phedone positum est. qd igit̄ o Meru/
la ē stoicorum dogma nisi doctrina: opinio: secta: & factio stoicorum.
qd item Platonis nisi q̄ docuit secutus opinatusq; est plato. Sed di
ceret Merula: hæc duo factio & dogma male sonāt in ore christia
no. at Hieronymus: & Tertulianus aliter sentiunt: nā beatus Hie
ronymus in epistola ad Adamasum ita inquit. ut nos hoc facere so
lemus quando philosophos legimus: quādo in man⁹ nr̄as ueniunt
libri sapiētiæ secularis. si quid in eis utile reperimus id ad nostrum
Dogma cōuertimus: si uero supfluum de idolis: de amore: & de cu
ra secularium rerum: hoc radimus: in his caluitium inducim⁹: hoc
in unguium morē fero acutissimo desecam⁹. de Factiōe sic Tertul.

Factio chri/stianorum

in apollogetico: sed licuit epicureis aliq̄ decernere uoluptatis ueri/
ritatē. i. animi eqtatē & āpla negotia christianæ factiōis. Post hæc

iam dcā discipulus meus rursus ad cōuitia reuersus: dicit mihi op⁹ esse helleboro: qa diximus & masculini & neutri generis esse hellebor̄ allegantes textum Plautinum ī pseudulo. hellebor̄ hisce hominib⁹ op⁹ est. negatq; Merula genus neutrum dicēs ī textu Plautino esse accusatiui casus p antiq̄ cōstructionē. dicebāt. n. mihi est op⁹ hāc rē. hāc cōstructionē antiq̄ o Georgi nemo ignorat q aliqd uidit: sed tu ignorasti q doctissimi uiri posuerunt. si tenuisses hellebor̄ neutri esse nō cōfugisses ad illā antiq̄ cōstructionē in Plauto. & quia dicis nusq̄ esse in neutro audiant Cato: & Suetonius: q i genere neutro usi sunt: ille de re rustica sic. nulla res tam bene purgabit neq; hellebor̄ neq; scamonea. Suetonius uero i uita Cai. cum mandasset interimi: adiecit necessariam esse sanguinis missionem cum tam diu nō prodesset bellebor̄. multa sunt huiusmodi Georgi: quæ masculini & neutri sunt generis: ut clypeus & clypeum: aureus & aureum: baculus: & baculum: galerus & galerum: ut facile est inuenire apud uetustos. Somnia uero quæ Georgi⁹ de felle aīali dicit non merentur responsionē: quia seipm̄ inuoluit & nūc me/cum sentit dicens se putasse fellē q fellinum nūc uocāt: sed ipse ut rusticus fouinum noiat: cum huius uocis forma ab illo non deriuetur: plerūq; dicit se expectare explanationē cuiusdam excellētis uiri: Quid huic somniāti: & deliranti pariter respōdebim⁹? nisi ut tā diu somniet: quousq; expergefactus nobis somnium narret. Cum diximus in libro nostro uomitum: & uomitionem: & orexim eē notas. Tu negas quia plurimum dubitas in hac re: non intelleximus de tui similibus: sed de his qui aliquid intelligunt in lingua latina. Qui enim latinæ sapiunt illud Iuuenalis notissimum habent. rapidam facturus orexim. Nec ulla indigent declaratione. A uomitu i Merula ad pinguedinem est transitus: ubi tot leuia & puerilia more suo Georgius ponit: Galeottum tamen conuitiis & iurgiis insectans: ut sortis Georgii misereat me. Iam enim senio incuruus q non nisi puerilia sapiat: ad omnia nomina pinguedinis nihil aliud opus est respondere nisi quod in libro de homine positum est: quoniam omnia distincte summa auctoritate ac ratione monstrantur. Nam ibi diximus adipem ad omnium rerum pinguedinem generale uocabulū: & auctoritate corroborauim⁹: si Seren⁹ seuum: ut ait Georgi⁹ posuit: & nō adipē in aliquo suo uersu qd tamen. Fuit enim ei arbitrarium hoc dicere. Profecto nescio quid uelis ex hoc nobis isinuare. Quæ autem ex Nonio sumis. ipse enim ait. seuum

Helleborus & Helleborum

Felles Fellinus

Orexis

Adeps

Seuum

ex adipe ruminantium fieri: ad confirmationem rerum nostrarum inuitus addducis: si seuum ex adipe ruminãtium: ergo & aliorum quoq; dicitur adeps: alioqui sermo esset superuacu⁹: quia satis fuisset dicere ex adipe: sed addidit ad discretionem: ruminãtium. Praeterea dixit seuum fit ad differentiam eius quod non arte: sed natura est: quod liquefactum ab unguento secernitur ut ipse Noni⁹ putat. In eo autem ꝙ insusurrari nescio qd de piguedine audio: sufficit auctoritas Festi apud quem est aletudo corporis pinguedo. De axungia qd referemus? quoniã Georgius declarationem nostram nõ probat. Nam apud nos sic est. axungia est adeps inueterat⁹: & abdomẽ uetustate maceratum. hic cum cumulo cõuitioꝝ subiungit merula. potius dicendum erat adipem: uel sale iueteratum: uel sinceꝝ axungiam dicis. qs sibi a risu potest temperare in tãtis Merulæ deliramentis? primo sale nihil inueterat᷑ o Georgi: imo cõseruatur & a corruptione defendit᷑. Nonne Cicero ait porco animam pro sale datam: quia o Merula ut sale corpus: ita porci aĩa i uita seruant᷑: Deinde qd est tam contrarium quam dicere sale iueteraꝝ & sinceꝝ. nescio an in librarioꝝ incuriam reiicias. fortassis dixisti insincerum: quod est deterius: insincera dicuntur corrupta: & sal nõ corrumpit. Si autem sincerum manus tua habet: pessime dictum est: nam quoquo te uertas occurrit cõtrarietas: Sinceꝝ siqdẽ teste Donato dicit᷑ puꝝ sumpta translatiõe a melle. nã tum puꝝ iudicat᷑ cum sine cera est: ex fauo. n. expressum nihil i se cõtinet cæræ: hoc autẽ nunq̃ puꝝ erit ex salis admixtiõe maceratum: sed ad illum cõfugies ꝙ sinceꝝ dicit᷑ pleꝝq; integrum & illesum ut i Moreto. subscidit sincera foraminibusq; liquat᷑ emundata ceres: quo pacto dicet᷑ sincerum in hac significatione cum a te dicat᷑ uetustate corruptum. Tace merula: & disce popã esse id quod in libro de hoĩe diximus. repugnat syllaba ut tu credis. Nã popa prima enũtiat᷑ breui: & sic popeiana: hinc deriuata breuẽ hñt syllabã primã: dicit. n. aut piguia põpeiana. Est. n. iambus in qnto pede sũma arte posit⁹: Nã spõde⁹ de natura sui tard⁹ in re fluẽti nõ cõueĩsset. Iãbus uero pes citus præsertim in qnto ubi in uersu celeritas: tarditasue maxime cõphendit᷑ positus est a doctissimis uiris. Virgil. ii. georgicõ. tuis hic omnia plena muneribus: tibi pampineo grauidus autumno floret ager: & in re fluenti poeta Virgilius optimus musicus non oblitus ẽ iambi celeritatẽ quandoqdẽ ad calcãdas uuas unde defluunt musta bacchum inuitat. Huic autẽ deo celeritatẽ dari qs ignorat?

Pinguedo
Axungia
ꝑ Cicerone
Insincera.
Sincerum
ꝑ Moreto
Popa
Spondeus
Iambus
Virg. ii.
Geor. locus
De baccho.

cum uio modico nerui iuuentur: & homini poto mobiles oculos tã poeta q̃ phisica ratõ tribuit. Sed qui cupit intelligere qd sit popa & popeianum legat probum in Persium uel aliũ ꝓ ꝓbo. Optimi. n. cõ mẽtarii sunt cuiuscunq; fuerint. Ibi nãq; sic scriptum. est popa uẽ/ter piguis qa popeiana genera sunt panis qbus sacerdotes uel eoꝝ mistri uescebant̃ ex qbus assidue cum pascerent̃ pigues fiebant. Iã q̃si is q cõuitiis merulæ tactus cõcalueri respondeo ad ea quæ dicit Geor. hoc pacto ad Galeo. cõuersus. Primum abdomen diffiniuisti esse axungiã uetustate maceratum. quõ nunc dicis esse piguedinẽ spinæ adhærentem: O merula textus nr̃ dicit sic: axungia est adeps inueteratus & abdomẽ uetustate maceratum. Tu ãt peruerse intel ligis. credis. n. in hac diffinitione axungiam poni loco differentiæ. cum axungia diffiniat̃: & loco dr̃ie ponit̃ inueterat⁹ adeps & abdo men uetustate maceratum: uerbi causa: si inter rogarer qd est axũ/gia: responderẽ est adeps iueteratus & abdomen uetustate macera tum: ꝙ idẽ est uerbis diuersis ita ut axungia dici possit adeps inue/terat⁹: & axungia dicat̃ abdomen uetustate maceratum. Tu ãt cre dis abdomẽ diffiniri: & nõ axungiã. Nec. n. bona argumẽtatio est. Omnis axungia est adeps: uel abdomen: sed non econtrario. A spe cie enim ad gen⁹ teste dialectica optima argumẽtatio. Nam adeps & abdomen sunt genus ad axungiã: quoniã adeps est & macerat⁹ & non maceratus: & abdomen est inueteratum & nõ inueteratũ: & cum dicis me abdomẽ absolute dixisse pinguedinẽ: falleris: dixi/mus. n. hoc pacto: sed abdomẽ ꝓ hac de q̃ dixius dumtaxat accipit̃ cum dicit̃ ꝓ hac tunc est restricta significatio ad eã q̃ tetigim⁹ pin guedinẽ. ad alia nihil dicã: Satis. n. patet auctoritate doctissimoꝝ hominum in libro de homine qd sit abdomẽ: & quousq; tẽdat. ni/hil igit̃ de hac re: uetus. n. ẽ. actum ne agas. Præterea Georg. ime mor antedcõꝝ putat uuluã nõ põi inter esculẽta ex natura sui: sed ex arte. imemor inq̃ eoꝝ q̃ dixius lege cẽsoria cænis interdicta ubi abdõia: glãdia. testiculi: uuluæ & alia cõnumerant̃ secundum te Ge. uilissima sunt hæc ad escã: & tãtum mõ arte fiunt bõa. Tunc Georgi leges censoriæ artẽ ꝓhibuissent: & non hæc: Accedit etiã ꝙ poeta. Virg. a nobis in libro de homine allegatus ostẽdit uuluam adeo pinguescere ut plerunq; conceptus impediatur: & si omnes li bri tacerent: de hac re qui aliquid uidisset posset de hoc diiudicare. Tot enim bestiæ quottidie a laniis occiduntur ut quiuis oculo pos/sit inspicere an uulua pinguescat: Hæc ignorantia est non mõ lit/

Probus in ꝑ siũ ꝓ Persio

Abdomen

Axungia

Abdomen

Vulua

Lanii

teraturæ sed naturæ. Adeo eni hebes est Merula ut minime hæc ualeat intelligere & fortassis nunquã tetigit aut inspexit uuluam: quoniam cum de podice superius locutus est uisus est mihi diligentior. Illud autem Plinianum quod adducitur uerissimum ẽ. Nam uuluæ ut cætera pro tempore mutant conditionem. Ipsa enim suilla caro non oĩ tempore iocunda: & sumen certo tempore obseruato sit optimum. Quæ uero præter rẽ Georgius garrit risus ipse cõfutat. Diximus etiam tentiginem aliquando dici Priapismum: & aliquando Satyriasim. Georgius ut is qui caret ingenio dicit curã esse diuersam secundum Paulum: quis hoc miser inficiatur. Tentigo ad genus ad Priapismum & Satyriasim: ut omnis Priapismꝰ sit Tentigo: & omnis satyriasis sit tentigo. Hanc igitur tentiginẽ quidam satyriasim: quidã priapismum nominant: & ita sentit Paulus. Dicit nãqꝫ satyriasim cum intẽtione & tentigine: & priapismũ cum genitalia protenduntur a tentione utrunqꝫ ẽ ideo & tentigo. Diceret quispiam in quo hæc duo differunt: facile patebit differẽtia bene consideranti. Nam satyriasis est tentigo: hoc est appetitus ille coitus: & libidinis qui esse potest non extẽtis genitalibus. Priapismus uero est extensio genitalium. Qui fieri ẽt potest sine coeundi appetitu: ita ut alterum fieri possit ubi intenditur coitus ipsiꝰ cupiditas: alterum uero ubi tantum genitalia protenduntur. Hæc ãt fieri posse unusqsqꝫ uir põt intelligere. & Satyrus non tacuit cum suspectã merito libidinem senum esse dixit. quæ uenerem affectat sine uiribus. Vtrunqꝫ igiť a tentione & iõ tẽtigo. nos ãt sic diximꝰ qa priapus & satyrꝶ signum ut in libro de hoie ostenditur unum & idem esse censentur a quibus hæc duo deriuantur. Dicit etiam merula me in ethimologia peccasse: & ibi uatem se ostendit: quoniam mentem meam diuinare uoluit. Nam diximus ut in libro nostro. ẽ & uesicæ uitium strãguria: uidetur. n. canalis uesicæ ità strangulari. ut urina aut guttatim fluat: aut omnino supprimatur. Hoc in libro nulla est ethimologia. Non enim Quintilianus ĩ quarto cum dicit & citharedi pauca illa quæ ante quam legitimum certamen inchoent emerendi fauoris gratia canunt: prohæmium uocauerunt: putat ex hoc a pro & mereo uel emo prohæmium dici. cum antea dixerit græcum esse: & latine dici pricipium siue exordium. sed putemus dictum sicut fingit Georgius cum ipe asserit græcam haberẽ deriuationẽ, hic multa dicẽda essent o Merula quæ nõ sunt ad te spectãtia. Nã nõ paruæ disputatiõis eẽt intelligere multa uo

Suilla caro
Tentigo
Priapismus
Satyriasis
Differentia
Satyri locus
Stranguria
Prohæmiũ

cabula quæ apud græcos reperiunt: sint nr̃a an græca. Nam sicuti ab illis nos multa accepimus: ita quoq; teste Quintiliano a nobis ipsi accepere. sed hoc ad aliud tẽpus. Non.n.bona argumẽtatio ẽ hoc uocabulum scurra apud græcos uetustos reperitur sicut reuera ẽ.ergo ẽ dictio græca. Nec est ueꝝ uno mõ græcã linguã esse latina ãtiqorẽ. nã aut nomina & uerba & dictiões cõsideramus. in significatione. aut in inflexiõe: & declinatione: & generibus: & ĩ his quæ spectant ad artem tunc dupliciter respõdebim⁹. Quo ad noia & dictiões nunq̃ fatebor linguã nr̃am posteriorẽ. Nã latini loqbantur & hẽbant linguã suã sicuti cætere nationes. sed linguã ad artẽ redigerẽ: ut dicam⁹ genitiuum datiuum & alia hmõi: ut pluralẽ singularẽ: ut uarias decliatiões uarios mõs: ut uocales cõsonãtes: mutas ut heroicum elegiacum ut rõnẽ cõficiendoꝝ uersuum & talia a græcis fluxisse ex snia qntiliani fatendum ẽ: & Priscian⁹ in prio sic. cum ois eloqntiæ doctrinã & oẽ studioꝝ gen⁹ sapiẽtie luce pful gẽs a græcoꝝ fontib⁹ deriuatũ. latinos ꝓprio sermone inuenio celebrasse & in oib⁹ illoꝝ uestigia liberalibus cõsecutos artib⁹ uideo. Magna clemẽtia inuasit quosdã ꝓpter dicta aliquoꝝ male intellecta: plurima q̃ nostra sunt etiam apud græcos: græcis tribuere. tribuant nomina nominum: nõ noia reꝝ. Nã ad eoꝝ imitationẽ latinus fecit: dicã ne ego colores rethoricos a græcis inuentos? qa illis nomina ĩposuerunt: profecto nõ faciã. Nã illi colores fuerunt in oĩ lingua in quottidiano sermõe & in una quã antiqorẽ græca fateamur necesse est: idest hebream. Et si oẽs linguas certas uolumus dicere. fatebimur saltem auctores apud quos schemata reperiuntur uetustiores illis quos eoꝝ inuentores putauit nõnulloꝝ ĩscitia. Nã Dauid regem q fuit ante urbẽ cõditã socrate q.cccc. & ampli⁹ ãnis post urbẽ cõditã fuit ãtiquiorẽ & tota scola athenaꝝ non negabit. & in eius libro hmõi schemata repiri manifestum est. Vnde quædam gr̃a declaratiõis adducem⁹. Est.n.color repetitio: stãtes erant pedes nr̃i ĩ atriis tuis hierusalem: hierusalem q̃ ædificat̃ ut ciuitas: itẽ dñs illuminatio mea & salus mea quẽ timebo. domin⁹ defensor uite meæ. Est ẽt agnominatio eo in loco: & in te cõfisi sunt: & non sunt cõfusi. De colorẽ disiuncto illud est. Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriã laudi eius. dicite q̃ terribilia sunt opera tua dñe & reliqua. nolo hoc in loco totam artẽ rethoricam dicere. satis hoc fuit dixisse. græcis tribui reꝝ inuentionẽ cõtra ueritatẽ. Et ut ad rẽ unde digressi sumus reuertamur. fingam⁹

Ligua latia N.

Hebrea lingua antiqor græca

Dauid rex

Repetitõ color

Agnominatio disiũctio

Georgi ſtranguriam græcam habere deriuationem. quid obſtat ut non poſſimus dicere ſtrangulo & ſtranguriam eſſe peregrina: & inuicem deriuationem ſibi cedere: Nam eorum origo non uenit ad latinos: ſed tãtum hæc duo hoc eſt ſtranguria & ſtrãgulo. Cum ergo latinus ſtranguriam habeat: & ſtrangulo: & ethimologiam alterius quæret: dicet a ſtrangulo ſtranguriam: cum utrunq; a græcis trahat originem: & ſicut ſtranguriam ſubſtillum dicunt quia clauſo meatu parum ſtillat: ſic ſtrangulo ſuffoco ubi meatus quoq; clauduntur eadem ratione eſſe demonſtrant. Nam ſi dixero ceruinus non a cornibus quæ græce dicuntur cerata unde ceruus eſt teſte Seruio: ſed a ceruo deriuari bene dicã: quia ethimologia ut tuo more dicam non a græco ſed iam a noſtro recipitur: cum utrunq; a fundamento deriuetur græco. De Diſpepſia quid ſomniet Merula aut loquatur nemo intelligit: Pepſis o Merula a noſtris dicitur concoctio. Vnde illđ Varrõis. Bellaria ea maxie ſunt mellita q̃ nõ ſunt mellita: dulcib⁹ enim cum Pepſi infida ſocietas eſt: Diſpepſia igitur o Merula eſt impedita concoctio cum diminuta cibi & potus appetentia. His igitur enumeratis quæ ultro citroque contulim⁹: tandem deuenimus ad finem ineptiarum Georgii. Et ut finis cum ſuo principio concordet non eſt oblitus fundere in me cõuitiorum cumulos: & tanquam peroraturus: duo ponit. Legem occiduam & hoc uerbum explicat in primo exorditur ponẽs uerba noſtra quæ ſunt huiuſmodi. Homo occiduæ legi ſubiacet. ſic enim dicimus teſte Plinio quam græci climatera uocant. Nam climatit nil aliud eſt niſi quædam lex moriendi: exorditur inquam hoc pacto: portenta uerborum immo putida quædam & nugalia deblaterare non ceſſat Galeottus indigne calumniãs Plinium: qui climatera nunquã dixit legem eſſe occiduam: ſed climaterem legem dixit eſſe ſcanſilem in ſeptimo naturalis hiſtoriæ. Rara autem eſſe dicunt longiora tempora: quoniam quidem momentis horarum inſignibus lunæ dierum ſeptem atq; quindecim: quæ noctem ac diem obſeruãt ingens turba naſcatur ſcãſili annorum lege occidua: quam climateras appellant: hactenus Georgius cum plinio male intellecto. ad cuius declarationem priuſquam accedam dicat mihi Georgi⁹: ubi didicit hanc artem ut in locutione inuectiua quæ grauiora ſunt in principio: & in correctione ſermonis quæ fit ad maiorem acrimoniam leuiora ponantur. Tu enim ſi Rethoricam artem teneres: dixiſſes hoc pacto: quædã putida & nugalia immo portenta uerboꝝ

Subſtillum. Strangulo Ceruus Cornu Diſpepſia Pepſis Lex occidua Climatera

deblaterare non cessat: illud enim quod graui⁹ erat correctio affer re debuisset ut i auribus auditorum remansisset. Sed Georgius ad ea quæ artis sunt tanquam asinus ad lyram dignoscitur. His omis sis accedam⁹ ad rem nostrã. Vbi o Georgi calumniamur Plinium nisi tu allegationes uoces calumnias. Nos magnifecimus eum qñ/ quidem eius auctoritati sumus innixi. Et ut diximus ita sentit Pli nius intellectus. Verba.n.nostra sunt hæc. Homo occiduæ legi su biacet. Sic enim dicimus teste Plinio. nõne hæc merula Plinius di/ cit. quam græci climattera uocant: & hoc quoq3 uerum ẽ ad signi/ ficationem non ad uerba. nam si uerbum inspiciemus nunq̃ clima tir continebit in se legem occiduã. nulla nãq3 in hoc uocabulo neq3 de lege neq3 de occidua mentio & significatio est. sed climatir tan tummodo est scalaris ut ita loquar. nã clima scalam est ut more hie ronymi loquamur. qd igitur est climatir inquis respõdeo cum di/ stinctiõe. aut tu de ui uocabuli interrogas. aut quid sonet uis hui⁹ uocabuli est ut significet apud nos legem moriẽdi si de sono. sonat apud nos scalarem siue scansilem. unde illud quod est additum in Plinio positum uidetur ad exprimendum uocabuli sonum & non ipsam uim. nam ut dixi nec lex nec occidua i eo uocabulo resonat. postea nos subiungimus climatir nil aliud est nisi quædam lex mo/ riendi ut illius uerbi uim apud latinos exprimeremus. quod nõ est meum exẽplum. Nam Plinius in eodem & libro & capite dicit ne/ gauere illi quẽquã nonaginta partium exortiuam mẽsuram quod anaphoras uocãt tãrsgregi: hæc Plinius: dic quæso Georgi exp̃s/ sit ne sonum de sono an uim de ui Plinius. Nam anaphora latine sonat repetitio uel uerius relatio. ana enim in compositione re ple rũq3 significat & phora latio. Plinius igitur nõ sonum de sono. sed uim de ui exprimens dixit id esse anaphoram græce quod apd̃ nos exortiua mensura. cum in anaphora nec mensura nec exortiua re periantur. Nos igitur Plinium adduximus in testimonium rei no stræ cum hominem legi occiduæ subiectum diximus & legem occi duam esse legem moriendi quam græci climatera uocant. siue cli/ matir sit scansilis siue scalaris in sono nihil ad rem attinet. De ex/ plico quod posuimus in fine libri nostri sicuti in omnibus codicib⁹ uetustissimis reperitur hanc reddim⁹ rationem Libri olim inuolue bantur & ideo uolumina dicta censentur. & Iuuenalis cum dixit. quæ psaltria penem Maiorẽ quam sint duo Cæsaris anticatones. ad formam librorum antiquam retulit. i hac enim forma qua uti/

Scala
Clima

Exortiua mensura
Anaphoræ.

Explicare uolumen p̱ Iuue.

mur nunc in libris non procederet cōparatio priapi ad libros. olim enim erant inuoluti & uolumen efficiebant. qui igitᵉ euoluit & aperit quæ complicata in uolumen sunt explicat. Vnde cū totum illud uolumen cartarum erat euolutum tunc dicebatᵘʳ hoc in loco liber explicat idest explanat & oēs plicaturas remouet: ita ut nihil huiᵘˢ tumoris & inuolucri sit amplius. Explicare autē latinum eē & hoc significare ostēdit Lucanus quarto. Explicat hinc tellus cāpos effusa patentes: Vix oculo prendente modum. In fine autem librorum ponitur absolute quia oia uerba absoluta sunt maioris significatiōis & ideo absoluta dicta sunt idest perfecta. Vnde cum dicitur Pamphilus amat plus est quā si adderetur casus: & hic seruit uehementius est quam si dicitur huic uel illi: explicat significantius est quam si diceret explicat se. sic in principio cum dicitur liber incipit efficatius est quam si poneretur incipit se. Quod autem hoc uerbum in fine librorum ponatur. non allegabo particulares libros nec aponā numerum. sed cateruatim ostendo id esse uerum per omnes bibliothecas, quæ in toto orbe sunt continētes latinos & uetustos libros: & omnes illos qui sunt apud aliquem antiq̄: in quibus omnibus o merula uidebis hoc uerbum in fine positum: & cum reperis explicit tertiæ cōiugatiōis mēor esto Prisciāi dicētis q̄ priæ cōiugatiōis uerba facientia in ui diuisa tertiæ quoque coniugationis repetiri & multa alia. Sed allegatio Martialis a Merula. V. fecit mihi risum: Nam in primo disticho nihil ad rem: & in secundo cum dicit quouiscunq̧ loco poteris finire libellum: uersibᵘˢ explicitum est omne duobus opus. ostendit profecto se ingenio hebeti & rustico cum possimus de opere & actiue & passiue loqui & aliis modis. Quid enim obstat ut dicere non possimus: opus hic desinit & opus hic finit: uel finitum est: uel hic est operis finis. In eo autem quod Merula dicit se plura potuisse annotare in libro nostro: dolendum est plurimum Georgium supersedisse cum ita egregie se gesserit in his: quæ quattuor annorum spatio summa diligentia confecit: consultando omnes medicos omnesque græcos & latinos super hac re. Nam librum meum uix intellexit quo ad superficiem. Cōtinet enī omnium fere disciplinarum mentionem. Vnde cum uentum est ad secundum librum ubi de interiori homine ratiocinamur: in quo: tam ardua tāq̧ difficilia clara oratione declarauimus: Merula rostro scalpens solum de pinguedine & quibusdam leuioribus locutᵘˢ est. arduas autem res & ad disciplinam pertinentes a longe inspe

Marginalia: Explicare — Absoluta — Regula — Explicuit — Opus finit — Opᵘˢ desinit

xit: & tandem hoc opus suum ab omnibus emendicatum ita soler/ter iunxit: & edidit: ut sui ipsius maximam memoriam reliquerit. Nam cum inchoo negabat absolute poni: & principalior non esse latinum: & textus esse barbarum: & helleborum nusquam eẽ neutri generis: & explicat in fine librorum non poni: Valde locupletauit linguã merularum & sturnorum. Hortemur igitur Georgium ut in his quæ omisit iterum laboret: & demus ei spatium decem annorum: ut uideamus Georgium pariẽtem ex quo parturit. semper interea torquebitur more suo inuidia. Ego in hoc apologetico ne unicum uerbum de moribus Georgii posuissem. non enim meum est cum stultis stultitia certare. sed hortãte philosophia mores georgianos omnibus fere notos narrauimus. ut qui cum eo uersantur possint malum præcauere. Non enim phylosophiæ est: cuius summa est auctoritas: lupos agnos uocare. nec etiam boni uiri est iniuriarum esse memorẽ. Quæcunq; igitur ĩ me Georgius iactauit philosophice excepimus: & quæ de eius moribus & inscitia narrauim⁹ non gloriæ cupiditate: non odio & iniuriarum memoria: sed ut omnib⁹ mala euitari possint: quæ si nõ fuerint cognita facile illaqãnt. Sed quæ ultimo Merula de talis & tesseris pueriliter inserit: quoniã nihil ad me attinent prætaribo. Vnum tamen admonebo Georgium nõ bene tenere significationem astragalorum: cum talos credat esse. Nam & partem eam calceorum qua pedi alligantur significant apud nos taxillos nunquam. Plinius. nono. naturalis historiæ: cupiunt iam & pauperes: lictorem fœmine in publico unionem esse dictitantes: quin & in pedibus nec crepidarum tantum astragalis: sed totis sæculis addunt: neque enim gestare iam margaritas: nisi calcent: ac per uniones etiam ambulent satis ẽ. Hucusq; in maximo campo nostro militauimus: repulimus etiam & non intulimus ictus: nisi cum retorsimus telum in nos cõiectum in aduersarium. iam tempus est ut aliquid de merula seorsum dicamus: & breuiter. liber enim nimium creuit Georgius in quodam libello suo ita incipit. Comentarium in saphus epistolam quod proximis diebus elucubrauimus: ab amicis quoque uel cõuitio efflagitatum publicare nunc statui: & quãuis festinãter illud cõposuerim editionem tamen maturauimus & reliqua. Quæ monstra sunt hæc o Merula? uideor cum hanc tuam orationem inspicio duci per fauces inferni: ubi ĩ foribus centauri stabulantq;: scillæ quæ biformes: & cẽtum gemin⁹ briareus ac bellua lernæ. nullum hic uerbũ ẽ: nisi

Inchoare

Parere

Parturire

Philosophie proprium

Astragali

Tali

ꝓ Saphus epiſtola. mõſtroſum ut omitam Ouidii de ſapho te declaraſſe & non ipſius ſaphus epiſtolam. Dic mihi Georgi lucubrare ubi ad dies pertinet? Lucubrare nõne o miſer aliquid ſaltem tenes: lucubrare a luce qua utimur in nocte: & in tenebris dicitur. Cicero i paradoxis. Accipias igit̃ hoc paruum opuſculum lucubratum his contractioribus noctibus: & tu dixiſti quod proximis dieb⁹ elucubrauimus. Deinde ais ab ami/cis quoque uel conuitio efflagitatum. hic Georgius uidetur ſeruus aliquis uilis qui ſuffuratus pretioſam ueſtem: male ſibi adhæren/tem: geſtando ſuam non eſſe indicat. Nam furatus Georgi⁹ a Quĩtiliano cõuitio efflagitatum ille enim ſic incipit: efflagitaſti quoti/diano contio: ita peruerſe induit ut manifeſte ſe furem prodat. Nõ enim pauonis ueſtimentum corniculæ uel merulæ conuenit. dein/de ait. publicare nunc ſtatui. Hic georgius non putauit differen/tiam eſſe iter edere & publicare. qui enim publicat edit: ſed nõ ecõ trario. Nam publicare eſt edere ſed nulli dicare opus: & nulli inſcri bere. Plinius in primo naturalis hiſtoriæ. neque enim ſimilis eſt cõ dicio publicantium: & nominatim tibi dicantium. Et tu o Georgi tibi ipſi contrarius es. Nam dicis te publicare: & poſtea addis a te potiſſimum cui opus inſcribimus: & inferius quod tibi nominatim dicauimus: & infra quãuis feſtinanter illud compoſuerimus: quid eſt queſo Georgi feſtinanter componere q̃ inconcinne? hoc dixiſti ꝓpter ſequentia. Dicis enim editiõem tamen maturauimus: quod opponitur dicto ſuperiori. Nam maturare eſt cito & benefacere. Vir. maturate fugã. Tu autẽ ut uerba & ſenſa cohererẽt dicere de buiſſes editionẽ ꝓperauimus. non coherẽt ergo feſtinanter cũ ex/cuſatõe cõponere: & editionẽ maturare: illud eſt uitii: & hoc uirtu tis. Tu. n. dicere uolebas licet cõpoſitionẽ accelerauerim⁹ tardaui/mus tamẽ editionẽ: ut in illa mora fieret emẽdatio feſtinationis: Et ulterius ſi in tẽpus aliquod reponant̃ ꝓ ad tẽpus nã tua locutio ſibi ipſi contraria. tu uis ut ad certum tempus reponãtur ut capiãt emẽ dationẽ & tu dicis illa tibi ſic ſeruari ut ille oblatos tuberes ĩ craſti num reſeruari iuſſit: hæc fuerunt faucibus orci: non auſus ſum li/brum ingredi. ne in uerum infernum deſcenderem: unde non dat̃ facilis regreſſus. Illinc enim gradum reuocare opus & laborẽ dicit eſſe Virgilius: Scripſimus hæc Illuſtriſſime Princeps ſumma ala/critate gloriam: mores: doctrinamq; tuam conſiderãtes. Nõ enim uana eſſe poſſunt nec temere repudiata quæ ad doctrinam faciunt apud eruditum principem. Hi enim doctrinam reiciunt: qui doctri

Edere
Publicare

Feſtinanter componere quid ſit

Maturare

Virgi. loc⁹

Ad tẽpus & In tempus

næ expertes quid ualeat uirtus ignorant. hoc igitur opus Federice Dux Vrbinas inuicte & disciplinis cumulate damus: daturi adhuc maiora si senserimus nostra placere: in hoc enim certamine & principis & iudicis officio uideberis fungi: & cum totum orbem rerum gestarum fama compleueris: & doctrinæ gloria illustres necessarium quoq; est: quandoquidem te excepto nostra ætas nullum potest cum antiquitate cõferre. Illi nãq; & doctrina & armis Illustres fuere: quos tu solus hoc tempore imitatus effecisti. ut nõ desperemus ætate nostra ãtiquorum præstantiam: in te enim illorum uirorum simulachra relucent.

Notandum est.

¶ Quæ de talo a Merula nostro in fine operis sui addita fuere: cõuenientius inserenda sunt: ubi de talo pedis loquitur.

LAVS DEO OMNIPOTENTI.
F I N I S.

¶ In hoc Volumine continentur hæc tria digna & erudita Opuscula: scilicet Galeottus de hoie exteriore: & interiore: qui in prius impressis deerat. Georgius Merula in Galeottum: & rursus Galeotti refutatio obiecto℞ in librum de hoie a Georgio Merula.

Iacobus Bossius Lectori.

Venit Homo exterior quundam sed mancus in auras:
Interior latuit talia damna timens.
Donec Ioannes Bremius nostratis alumnus
Sermonis: Lucis munera grata dedit.
Subiiciens Merulæ contra hos dictata Georgi:
Rursus & in Merulam quæ Galeottus agit.
Lector habes librum tanta ubertate refertum:
Dicier ut Cornu copia dignus eat.

Marcus Antonius Bremius.

Candide Lector habes: dicas quo nomine cuncta
Membra hominis: morbos cum uitiis pariter.
Sed Bremio debes: debet Galeottus eidem:
Quo lacer Hyppolitus Virbius efficitur.

¶ Impreſſum Taurini per Ioannem
Angelum & Bernardinum fra-
tres de Sylua Anno dñi
M.cccccxvii. Die
xx. Menſis
Februa-
rii.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.
Omnes ſunt quaterni preter D & R qui ſunt duerni.

INDEX.

INDEX.

M

Q

Finit Indicis.